Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0002-8

OBSERVATIONES QVASDAM SELECTAS

DE

DIFFERENTIIS

# IVRIS COMMVNIS

ET

# BRVNOVICO-GVELPHERBYTANI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS INDVLTV

PRAESIDE

CAROLO FRIDERICO

PAELIKE

I. V. D. PROFESSORE IVRIS PVBLICO ORDINARIO

ET FACVLTATIS SVAE ASSESSORE

ORDINARIO

IN IVLEO MAIORI

D. XVIII. APRILIS A. R. S. CIↃIↃCCLXX

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

EXPONET

AVCTOR

FRANCISCVS IACOBVS

A CRAMM

EQVES BRVNOVICENSIS

HELMSTADII

EXCVDEB. VIDVA PAVL. DIET. SCHNORR

ACAD. IVL. CAR. TYPOGR.

XXXV 37 1770,2 7/1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0003-3

11

A

*SON ALTESSE SERENISSIME*

MONSEIGNEUR

# CHARL

LE DUC REGNANT

*DE*

*BRUNSVIC ET DE LUNEBURG*

*ETC. ETC.*

*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0005-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0006-0

# MONSEIGNEUR,

C'eſt avec le plus profond reſpect, que je prends la liberté de met-

tre aux piés de VOTRE ALTES-
SE SERENISSIME les prémices
de mes progrès dans la jurisprudence.
Daignez les agréer, MONSEIGNEUR,
comme une foible marque du deſir que
j'ai de témoigner mon reſpectueux dé-
vouement à VOTRE ALTESSE
SERE-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0008-2

SERENISSIME. Heureux ſi Elle daigne honorer d'un gracieux accueil ce premier eſſai de ma capacité et m'engager par là à redoubler mon application à l'étude, àfin de me rendre de plus en plus capable de ſervir utilement ma patrie. Je ſuis avec les ſen-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0009-0

timens de la plus vive et plus profonde

vénération

MONSEIGNEUR

DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME

*le plus humble, plus obeiſſant et plus ſoumis ſerviteur et ſujet*

F. I. DE CRAMM.

# OBSERVATIONES QVAEDAM SELECTAE

DE

DIFFERENTIIS

IVRIS COMMVNIS

ET

BRVNOVICO-GVELPHERBYTANI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0011-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0012-3

# PRAEFATIO.

Tanta et noſtris temporibus facta eſt legum acceſſio, vt cum LIVIO immenſus aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulus vocari poſſet; niſi iudicibus in earum applicatione iuſtus et naturali aequitati conueniens ordo eſſet praeſcriptus. Interim contingere poteſt, vt licet plures ac diuerſae de vna eademque re latae ſint leges, nulla ſit iniuſta; aequitas tamen vnius, prae ceteris plerumque ſe commendat. Vtile igitur eſſe, conferre leges reipublicae cum principiis Iurispru-

 dentiae

dentiae vniuerſalis, tum leges comparare inter ſe, Moſaicas cum Romanis, Ciuiles cum Canonicis, vtraſque cum priſco et hodierno Germanorum iure, aliarumque ciuitatum inſtitutis, iam olim viderunt ICti famigeratiſſimi, et hodie nemo in dubium vocabit. Quare et nobis non inuidendum, ſi conuenientiam et diſconuenientiam iuris communis cum iure Brunſuicenſi Guelpherbytano inquirere conati ſimus. B. ENGELBRECHTIO quidem debetur laus et honor, qui veſtigia preſſit, et *Collationem iuris communis et Brunſuico Luneburgici MDCCIII.* ſcripſit, quem ſecutus eſt B. KRESSIVS, qui MDCCXL. *obſeruationes ſelectas de Differentiis praecipuis iuris communis et Brunſuicenſis* publicae eruditorum diſquiſitioni ſubiecit. Ille, vt frons diſſertationis demonſtrat, agit de iure tum in genere, tum perſonarum, de Patria Poteſtate, Nuptiis, tutela et Cura, Rerum diuiſione, Modis acquirendi, Seruitutibus et denique de ſucceſſione, tam teſtamentaria, quam ab inteſtato. Hoc vero de iure Perſonarum Brunſuicenſium, de iure Nobilium Brunſuicenſium, de Vrbibus et Burgariis Brunſuicenſium, de iure ruſticorum, ſecundum Ius Romanum et Brunſuicenſium, de Matrimonio, Patria Poteſtate et Tutela, de Iure Rerum, et denique de iure decimarum agere intentauit. Sed

qui

qui ambitum Legum, Conſtitutionum, Edictorum, Reſcriptorumque adhuc hodie vigentium cognoſcit, qui porro quam paucae leges in vnum corpus redactae ſint, et difficultatem inde promanantem, illas colligendi perpendit, qui denique non ignorat, multas conſtitutiones poſt ENGELBRECHTII et KRESSII tempora eſſe emanatas, ille quoque penſitationi noſtrae adhuc aliquid relictum eſſe non negabit. Sed quia nec ea, quae iam ab aliis prolata ſunt, recoquere, nec ſyſtema iuris Brunſuico-Guelpherbytani in chartam coniicere intendimus; certum quoque ordinem ratione temporis aut materiarum obſeruare, opus non erit. Sufficiet itaque ob anguſtiam temporis quaſdam Conſtitutiones Brunſuico Guelpherbytanas ratione materiae et vſus fori intricatas ſeligere, earumque differentiam cum iure communi demonſtrare. Reliquae in oportunius tempus ſint ſeruatae.

# OBSERVATIO I.

## IN TERRIS BRVNSVICO-GVELPHERBYTANIS OPTIMVS LEGES PROMVLGANDI MODVS VIGET.

Olim publicatio legum certis fiebat ſolemnitatibus. (a) Hodie nouae Conſtitutiones, per ſpatium aliquot menſium locis publicis vt valuis Eccleſiarum, portarum etc. affigi, et poſtea obliuioni tradi ſolent, ſed SERENISSIMVS CAROLVS BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVX, DOMINVS MEVS CLEMENTISSIMVS modis leges promulgandi vulgaribus non contentus per Conſtitutionem de d. 20 Mart. 1749. ſanxit: *Daſs alle zum Druk gebrachte Landesherrliche* Conſtitutiones *und Verordnungen ſo bald ſie einkommen, an gewöhnlichen Orten angeſchlagen, und den nächſten Sontag darauf, von der Obrigkeit des Ortes dem Prediger einzuſendende kurze Anzeige, von der Canzel abgeleſen, und daß die Verordnung angeſchlagen werden, verkündigt werden ſoll; damit ein jeder worüber eine Verordnung publiciret worden wiſſen, dieſelbe an den Ort des*

(a) HOFFMANN *in praecogn. Iuriſprud. gen. cap. III n. 14.*

*des öffentlichen Anſchlages leſen, und keiner ſich fernerhin mit der Unwiſſenheit entſchuldigen möge.* Immo quo grauior eſt poena in lege determinata eo magis requiritur, vt lex in omnium notitiam perueniat, et eo ſaepius quoque eius publicatio fieri debet, quod etiam D. AVGVSTVS WILHELMVS GLORIOSISSIMAE MEMORIAE perſpexit dum in Conſtitutione de d. 16 Iun. 1717. iubet: *daß die Verordnung vom 2 Jan. 1714. wieder die Hausdiebe in allen Kirchen und zwar alle Jahr des Sontages, wenn das Evangelium vom ungerechten Haushalter erkläret wird, nach der Predigt öffentlich von der Canzel abgeleſen, und alſo auf ſolche Weiſe alles Geſinde vor ſolcher darin geſezte Strafe gewahrſchäuet werden ſoll;* quae diſpoſitio a PRINCIPE NOSTRO d. d. 7 Sept. 1752. renouata eſt et hodie ſancte ſeruatur.

## OBSERVATIO II.

### LEGES SEMEL LATAE LEGE VEL CONSVETVDINE CONTRARIA NON TOLLVNTVR.

Leges ſemel latas non ſolum per leges poſteriores contrarias tolli, ſed etiam per conſuetudi-

nes contrarias (a) inter omnes quidem conſtat; dantur tamen (b) qui hoc negant, et ad *L. 2. C. quae ſit longa conſu.* prouocant. Verba huius legis ita ſonant: *Conſuetudinis vſuſque longaeui non vilis auctoritas eſt, verum non vſque adeo ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem.* Reſponſio vero in promtu eſt; lex enim allegata, aut loquitur de conſuetudine irrationabili; aut de eo caſu, quando in lege expreſſe contrariae conſuetudines prohibentur, vt fit in *Auth. Nauigia C. de furtis;* c) aut denique verba: *vincere legem* indicant, quod conſuetudines non maiorem ſed eandem vim habeant, quam leges, adeoque conſuetudo contraria priorem legem ſcriptam tollere poteſt, vti lex poſterior ſcripta tollit priorem ſcriptam. Sed SERENISSIMVS DVX CAROLVS HERVS MEVS LONGE CLEMENTISSIMVS per expreſſam Conſtitutionem d. d. 20 Aug. 1742. abrogationem legum per conſuetudines contrarias diſerte prohibuit. Verba ita ſonant: *daß alle und jede von denen in Gott ruhenden Vorfahren an der Regierung und Sereniſſimo gemachte Verordnungen, fals ſie nicht von Ihnen oder Sereniſſimo expres abgeſchaffet, ohne Ausnahme*

(a) L. 32. §. 1. *in f. D. de Legibus, Sctis et long. conſuet.*
(b) CONRADI *de Conſuetudine legem haud vincente.*
(c) ILLVST. HOMMEL *in Rhapſod. quaeſt. obſ.* CCLXXIII.

*nahme gelten und beobachet werden ſollen. Solte inzwiſchen in mehr gedachten Geſezzen und Ordnungen etwas zu finden ſeyn, das nach jezzigen Zeiten und Umſtänden, einer Mehrung, Minderung, oder Abſchaffung bedürfe, ſo iſt ſolches an die Juſtiz-Canzeley zu melden, welche ſo dann entweder, wenn Sereneniſſimi Willens-Meinung ihr bereits wiſſend, ſo fort mit Beſcheid verſehen, oder wiedrigenfals bey Sereniſſimo anfragen, und des weitern inſtruiret wird,* cui addi meretur, illud Reſcriptum d. d. 22 Aug. 1742. in quo omnes Obſeruantiae contra Leges ac Conſtitutiones irreptae plane exſtirpantur his verbis: Reſcriptum *ans Fürſtl. Conſiſtorium Juſtiz-Canzeley und Hofgericht, um die bisher* contra leges *und Conſtitutiones eingeſchlichene Obſeruantias gänzlich abzuſchaffen, und dahin zu ſehen, daſs wieder denjenigen, der dawieder handelt, der Fiſcal excitiret werde.*

## OBSERVATIO III.

### DE SVCCESSIONE PER SVBSEQVENS MATRIMONIVM LEGITIMATORVM IN FEODIS.

Licet ex plurimorum Feodiſtarum ſententia ſecundum Ius feodale Longobardicum filii naturales

les per ſubſequens matrimonium in feodis ſuccedere non debeant, attamen ab hac communi ſententia diſcedere non dubito; *Lib. II. F. 26. ſ. naturales*, ad quem aduerſarii prouocant tam apodictice, vt credunt, hoc non probat: Ita enim ibi diſponitur: *Naturales filii, licet poſtea fiant legitimi ad ſucceſſionem feudi nec ſoli, nec cum aliis admittuntur.* Certe verba: *poſtea legitimati non ſuccedunt*, de legitimatis per ſubſequens matrimonium non agunt, ſed potius de legitimatis per reſcriptum principis, quia legitimati per ſubſequens matrimonium non ſunt poſtea legitimati, ſed retro et a tempore conceptionis ſemper legitimi fuiſſe cenſentur, quod ſatis clare apparet ex *L. 10. C. de natur. liberis*, hocque probant omnes illi effectus inſignes, qui ex ficta illa retrotractione oriuntur. Atque Ius Feodale interpretationem extenſiu m ex iure communi admittit, adeoque illa retrotractio iuris communis etiam ad feoda pertinere debet. (a) Sed in his terris Lex ſpecialis exſtat, per quam filii per ſubſequens matrimonium legitimati a ſucceſſione in Feodis excluduntur. Ita enim ſanxit Conſtitutio D. HENRICI IVLII d. d. 3 Ian. 1593. *Canzeley-Ordnung p. 95, Hofger. Ordnung pag. 220, 630-779* - - *viel*

(a) ILLVST. HOMMEL *in Rhapſod. quaeſt. obſ.* CCCCLIV. et CCCCLXXIV.

*viel weniger die auſſer der Ehe erzeigte oder Mantel-kinder* per ſubſequens matrimonium, *oder in andere Wege (wenn es Uns oder andern Leen-Herren, oder auch dem Recht und Echt gebornen* Agnaten, *und Mitbeleenten, oder auch löblichen von Unſern Vor-Eltern, Vorfahren und Uns erlangten und confirmirten Priuilegiis zu Nachtheil geſchehen wolte,) zu legitimiren verſtattet.* Quae diſpoſitio quoque confirmata legitur *im Gandersheim. Land-Tags Abſchied* de Anno 1601. art. 31.

# OBSERVATIO IV.

## INTEGRVM COLLEGIVM RECVSARI NEQVIT.

Recuſari poteſt vt ſuſpectus iudex delegatus, cui a principe, aut alio, ordinariam iurisdictionem habente, iurisdictio mandata eſt; ordinarius vero iure civili recuſari vt ſuſpectus nequit, ſed ſuſpecto Epiſcopus adiungebatur (a); iure autem Canonico non modo delegatus ſed etiam ordina-



(a) *Auth. ſi vero contigerit C. de Iudic. Nou. 86. c. 2.*

dinarius recuſari poteſt (b); difficilius autem integrum collegium; niſi ſuſpicio in omnia eius membra cadat (c); aut PRAESES collegii ſit, cui reliqui Aſſeſſores non facile cenſentur contradicturi (d). In his terris SERENISS. DVX CAROLVS per Reſcriptum d. d. 28 Iul. 1745 ſanxit: *daſs kein ganzes Collegium zu perhorreſciren, und wenn ein oder etliche perhorreſciret, ſo ſollen dieſelben oder derſelbe ſich alles votiren und referiren in der Sache gänzlich enthalten.*

# OBSERVATIO V.
## DE EMTIONE VENDITIONE NECESSARIO IN SCRIPTIS CELEBRANDA.

Eſt quidem Emtio Venditio tanquam contractus conſenſualis ſolo conſenſu perfecta, niſi inter par-

(b) *Cap. 4 et 10. X. de foro compet. Cap. 39. de offic. et poteſt. Iud. deleg.*

(c) LEYSER *ſpec. 67. med. 7.*

(d) GAILIVS *L. 1. Obſ. 33. n. 3.* ZANGER *de except. P. II. Cap. 4. n. 17. Diſſent.* MEVIVS *P. I. Dec. 194.* LEYSER *ſpec. LXVII. Corr. I.*

partes expreſſe conuentum ſit, vt demum ſcriptura interueniente obligatio adeſſe debeat (a). Dependet itaque Iure Romano ab arbitrio contrahentium, vtrum in ſcriptis an ſine ſcriptis emtionem venditionem celebrare intendant; ſed in his terris Brunſuicenſibus emtiones venditiones bonorum immobilium a ruſticis contractae libris publicis inſeri, et contrahendae coram praefecto celebrari debent per Conſtit. D. FRIDERICI VLRICI d. d. 4. April. 1620 quae inſerta *der Hofger. Ord. pag. 248.* et ita ſonat: *daſs nun hinführo alle und iede Eheſtiftungen, Kaufbriefe, Theilungsreceſſe und Verträge unter der Bauerſchaft auf dem Lande, entweder vor unſere Officirern und Beamten aufgerichtet und beſchloſſen, oder doch, ſo bald dieſelben von dem Parteien beteidiget und beliebet, den Beamten offenbaret, und den Amtsbüchern um künftiger Nachrichtung willen - - - einverleibt werden.*



OBSER-

(a) *L. 17. C. de fid. Inſtrum.* WERNHER *P. II. Obſ. 285.* REINHARD *in diſſ. de poenitentia vnius partis ob moram vel perfidiam alterius in contractibus nominatis exule Sect. I. §. 8.* LEYSER *ſpec. CLXXII, med, 1 et 2.*

# OBSERVATIO VI.

## VENDITIONES ET OPPIGNORATIONES FRVCTVVM IN HERBIS SVNT PROHIBITAE.

Non ſolum res, quae in rerum natura exiſtunt, ſed etiam quae ſperantur Iure communi emi ac vendi poſſunt (a), et, ſi fructus immaturi venduntur, omne periculum ſpectat ad emtorem, ita vt, licet perierint, pretium nihilominus debeatur (b); quod etiam valet de fructibus naſcituris (c), pro quibus quoque totum pretium debetur, licet nihil ſit natum; niſi Contrahentes ad totam quantitatem reſpexerint, aut culpa venditoris hoc damnum in fructibus emerſerit (d). Cum vero hoc negotium regulariter vſurariam prauitatem contineat, et ex eius-

(a) *l. 46. D. de pact. L. 8. pr. et §. 1. D. de contrah. emt. vend.*

(b) GRASSVS *in Collat. Iur. Ciuil. Rom. cum Receſſ. Imp. Sect. VII. c. 5.*

(c) Licet diſſentiant alii vt LAVTERBACH *in Coll. Theor. pract. tit. de contrah. emt. vend. §. 25.* SCHILTER *Exercit. XXX. §. 29.*

(d) *l. 8. D. de contrah. emt. vend.*

eiusmodi contractu ſemper vnus Contrahentium laedatur, iam cautum eſt in *Reform. Polit. de 1548. Tit. von Verkaufung der Früchte im Felde et Ord. Polit. de 1577. §. 19.* ne fructus immaturi ſub poena amiſſionis pretii et arbitraria vendantur; niſi eo pretio fiat, quod tempore contractus vel quatuordecim dierum poſt meſſem iuſtum eſt; Ex quibus apparet, venditionem fructuum immaturorum ad menſuram eſſe licitam, quia in hoc caſu periculum ante admenſurationem in emtorem non transfertur, ſed ad venditorem ſpectat. Ita quoque ſanctione ſaluberrima d. d. 9. Iul. 1685. proſpexit D. RVDOLPHVS AVGVSTVS: *daß kein Rokken auf dem Felde verkauffet noch Sommerkorn um die Halbſchied geſäet werden ſoll.* Sed haec Conſtitutio tantum de vna ſpecie frumenti agere videtur, et fortaſſe non exacte obſeruabatur, quare PRINCEPS NOSTER nouam Conſtitutionem d. d. 7 Iulii 1768. publicauit, in qua diſponitur: *daß hinführo niemand auf die im Felde ſtehenden oder noch zu beſtellenden Früchte Geld leihen noch ſolche kaufen ſoll, und wo ſolches würklich geſchehen, die Gläubiger verbunden ſeyn ſollen, die verkauften oder verpfändeten Früchte ihren Schuldnern zu laſſen, und ſich mit der Bezahlung bis nach der Erndte zugedulden. Nur gedachte Gläu-*

 *biger*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0025-6

*biger ſowohl, als die Verpfänder oder Verkäufer, werden hiedurch, und zwar iene bey Verluſt ihrer Forderung, dieſe bey nahmhafter Strafe befehliget, ihre dieſerhalb geſchloſſene Contracte, ſogleich nach Publication dieſer Verordnung der Obrigkeit ieder Feldmark anzuzeigen, welche ſodan die Zahlungstermine zu beſtimmen, dieienigen aber, die dergleichen Contracte verheimlichet, nachdrücklich zu beſtrafen hat.* Quae deinde die 8. Auguſti 1768. *auf den Verkauf des Graſes in den Wieſen extenſa eſt.*

## OBSERVATIO VII.

## EMTOR STARE TENETVR LOCATIONI.

Etſi aequitati et analogiae iuris magis conueniat emtorem ſtare debere locationi ſecundum paroemiam. *Kauf hebt Miethe nicht auf*, quia 1) nemo plus iuris in alium transferre poteſt, ac ipſe habet (a); Nec poteſt 2) emtor rem emtam a conductore vindicare, dominium enim rei emtae in eum non eſt tranſlatum

(a) *l. 120. D. de R. I.*

latum deficiente vacua poſſeſſione (b); venditor itaque veram poſſeſſionem habere debet, quia alias conditionem vſucapiendi transferre nequit. Sic 3) porro emtori non datur actio ex contractu contra conductorem, quia cum conductore non contraxit: nec 4) Locator actionem locati emtori cedere, aut hic ex illius perſona agere poteſt, quia omnes exceptiones reales obſtant ceſſionario, quae opponi poterant cedenti, non habita diſtinctione, vtrum quis vtili an directa agat? Attamen Iure Romano res ita deciſa eſt (c), vt emtor non teneatur ſtare locationi, et hoc deciſum praxis plerumque ſequitur iuxta tritum: *Kauf hebt Miethe auf.* PRINCEPS autem NOSTER aequitate et analogia iuris motus, nouam Conſtitutionem d. 25 Oct. 1760. promulgauit et ſanxit: *Daß, wenn jemand ſein Haus oder andere Grundſtükke miet- oder pachtweiſe auf gewiſſe Iahre austhun, und einen ſchriftlichen Contract darüber errichtet haben wird, dem Conductori in ſo ferne ein ius reale dadurch zu ſtatten kommen ſoll, daß er, wenn das Haus oder ander Grundſtük wärend der Zeit* ver-

(b) *l. 11. §. 13. D. de Act. emt. vend. l. 68. §. f. D. de contrah. emt. vendit.*

(c) *l. 9. C. de locat. cond.* LAVTENBACH *in Coll. theor. pract. lib. XIX. tit. 11. §. 62.*

*verkauft wird, dem Käufer zu weichen nicht ſchuldig, vielmehr dieſer, ihm den Contract auszuhalten verpflichtet ſeyn ſolle; es wäre denn, daß in dem Miet- oder Pacht-Contracte ein anders ausdrüklich feſtgeſezzet wäre. Wenn aber über die Miete oder Pacht kein ſchriftlicher Contract errichtet wäre, ſo iſt zwar der Käufer befugt, dem Conductori wärend der Miet- oder Pacht-Zeit die Pacht aufzukündigen, jedoch iſt er in ſolchem Fall ſchuldig, demſelben es ein ganzes Iahr vorher wiſſen zu laſſen, wenn er ausziehen, oder die Pacht verlaſſen ſoll.*

## OBSERVATIO VIII.

## DE REMISSIONE CONDVCTORI OB STERILITATEM CONCEDENDA.

Leges indulgent quidem Conductori ob ſterilitatem remiſſionem quandam mercedis (a). Vt vero haec impetrari queat, requirunt: 1) vt non ex vitiis

(a) *l. 15. §. 2. ſequ. D. locat. cond.*

vitiis rei conductae oriatur ſterilitas (b); porro 2) vt extra conſuetudinem ſuperueniat; ſi enim nihil praeter conſuetudinem loci accidit, vt ſi id, quod fructus corrumpit, accidere conſueuit, ideo praeſciri potuit aut praemetiri debuit, non eſt ſterilitas aut caſus remiſſionem producens (c); 3) vt nulla culpa conductoris anteceſſerit; 4) ſterilitas ſit magna, omnes aut illos fructus, ex quibus penſio paranda, perdens, 5) vt caſus fortuitos conductor non in ſe receperit; etiamſi vero hoc factum, eiusmodi tamen pactum ad caſus inſolitiſſimos non facile eſſe extendendum putat BOEHMER (d) et prouocat ad *leg. 78. in fin. de contrah. emt.* haec vero lex de hoc caſu non ſolum nihil diſponit, ſed iuri romano quoque incognita eſt diſtinctio inter caſus ſolitos, inſolitos, et inſolitiſſimos. Aequam tamen reputarem hanc opinionem, ſi modo noua lege definiretur, qui caſus ad inſolitiſſimos referri deberent, neque in obſeruantia hac de re quicquam certi inuenies; Denique ad remiſſionem mercedis impetrandam requiritur, 6) vt agatur de locatione in ſingulos annos facta; et tandem 7) vt contingat circa fructus pendentes, vel a ſolo quidem



(b) *l. 15. all.*
(c) *l. 15. §. 2. all.*
(d) *in Introd. ad Digeſt. Lib. XIX. Tit. 2. §. 16.*

dem ſeparatos iacenteſque, ſed in horreum non collectos (e) et haec ſententia fundata eſt in §. *36. Inſt. de Rer. Diuiſ.* alii (f) collectionem in horreis ad plenariam perceptionem requirunt, et alii vt frumentum ſpicis excuſſum et granariis illatum ſit, exigunt. Ex hiſce requiſitis autem ſatis conſtat omnia hic dubia ac incerta eſſe; quare iam olim D. RVDOLPHVS AVGVSTVS et ANTHONIVS VLRICVS per Conſtitutionem d. d. 28. Iun. 1703. Caſus, in quibus Conductoribus remiſſio mercedis ſit indulgenda, determinarunt his verbis: *Bey denen Remiſſionen des Miswachſes aber, auſſer da etwa durch Hagelſchlag, Mäuſe- und Schnekken-Fras, oder dergleichen Verherung, einiger Schaden verurſachet, ſonſt kein Abgang, wenn derſelbe nicht zur Helfte in beyden Feldern ſich belaufet, in Conſideration gezogen, noch deshalb etwas remittiret werden ſoll.* Et vt omnes lites ſumtuoſae eo citius abbreuientur, diſpoſuit SERENISSIMVS DVX CAROLVS per Conſtit. d. d. 22 Iun. 1747. *daß von nun an in dergleichen Fällen, ob und wie viel Remiſſion ein Guts-Herr ſeinem*

(e) *ita* BOEHMER *et ab eo all.* STRYCKIVS *atque* BYNCKERSHOEK.

(f) BERGER *in Oecon. Iur. Lib. III. Tit.* V. *§. 23. not. 5.* HAHN *ad Weſenbec. Lib. XIX. tit. 2. n. 16.* CARPZ. *P. II. Conſt. 37. Def. 20.*

*nem Meyer, nicht weniger auch ein Zehnt-Herr ſei-nem Zehntpflichtigen, welche durch Brand um das ihrige gekommen, angedeyen zu laſſen ſchuldig ſey? gar kein Proces und gerichtliches Verfahren weiter geſtattet werden, ſondern der Guths-Herr und Meyer ſo wol als der Zehnt-Herr und Zehntpflichtige ſich bey Sereniſſimo oder Fürſtl. Geheimten Raths-Stube, um Anordnung einer Commiſſion melden ſollen, von welcher die gebetene Remiſſion* ex aequo et bono, *befundenen Umſtänden nach, und in Abſicht ſowol auf den Schaden, welchen die Meyer oder Zehntpflichtige erlitten, als auf das demſelben übrig gebliebene Vermögen zu arbitriren und zu beſtimmen iſt.*

# OBSERVATIO IX.

## PIIS CORPORIBVS CERTA RATIONE LICET VSVRAS VLTRA ALTERVM TANTVM PETERE.

Secundum *Nou. 121. cap. 1.* vſurae, et ne quidem particulariter ſolutae, vltra alterum tantum currere debent (a). Attamen vſu fori Iuris Romani diſpo-



(a) LEYSER *Spec. 245. m. 1.*

diſpoſitio in vſuris particulariter ſolutis non adeo ſtricte obſeruatur (b). Ciuitatibus vero ob Nou. 160. praef. cap. 1. piis corporibus (c) et pupillis ſingulare priuilegium tribuitur ita, vt etiam vltra alterum tantum vſuras exigere poſſint. Sed ex all. Nouella hoc certe probari nequit, quia non gloſſata adeoque non recepta eſt (d). In his vero terris per ſpecialem Conſtitutionem d. d. 31 Ian. 1701. ſanxerunt D. RVDOLPHVS AVGVSTVS ET ANTHONIVS VLRICVS: *daß zwar die* piae cauſae, *von denen* ad pios vſus in ſpecie *von Anfangs Fundirten und gewidmeten Capitalien*, *die landüblichen Zinſen* vltra alterum tantum *ohne Unterſchied und* in quocunque caſu *zufodern befugt ſeyn*, *denenſelben auch dazu auf alle Weiſe und Wege verholfen*, *hingegen aber von andern Geldern und Capitalien*, *ſo einige Pia Corpora von ihren etwa habenden jährlichen Ueberſchus Geldern ſelbſt beleget oder durch ceſſionen*, *verſuren*, *oder anderer Geſtalt erlangen und an ſich bringen*, *ſolche* debita *nicht anders*, *als andere gemeine unprivilegirte Capitalia zu conſideriren*, *folg-*

(b) PVFFENDORF *obſ. 14.* STRYCK *in V. M. tit. de Vſur. §. 17.*

(c) MEVIVS *P. VII. Dec. 136.*

(d) GOTTEFRID. LVDEW. MENCKE *de Nouell. gloſſat. et non gloſſat. auctoritate iuris theſ. X.*

*folglich auch die Zinſen, wenn ſie in Nachſtand geblieben, über das* alterum tantum ſortis *nicht exigiret noch erkant werden ſollen.*

# OBSERVATIO X.

## PACTA DOTALIA RVSTICORVM NECESSARIO IN SCRIPTVRAM REDIGI DEBENT.

Pacta dotalia ſolo conſenſu perficiuntur adeoque non neceſſario in ſcripturam redigi debent; (a) ſed iure noſtro Prouinciali ſecundum Conſtitutiones d. d. 19. Sept. 1737. et d. d. 12. Dec. 1746. pacta dotalia ruſticorum non valent, niſi actis et protocollis inſerta ſint; Diſponitur enim ibi: *daß nach der Conſtitution vom 4. Apr. 1620. keine Eheſtiftung der Bauersleute bündig und kräftig ſeyn ſoll, wenn ſie nicht entvveder von den Beamten aufgerichtet oder doch ſo bald dieſelbe von den Partheien behteidiget und beliebet, den Beamten offenbahret, und den Amts Büchern einverleibet worden.*



(a) *l. 6. C. de dotis promiſſ. l. 15. C. de iure dotium* LEYSER *Spec. 307. med. 3 et 4.*

# OBSERVATIO XI.

## CONIVX CONIVGEM RELEGATVM HAVD SEQVI TENETVR.

Triumphat in foro opinio, quod maritum etiam ex delicto ſuo relegatum vxor ſequi teneatur (a), propter arctam inter virum et vxorem conſociationem (b). Aequitati ſane conuenit haec ſententia, modo hoc non ita intelligere velint, vt vxor praeciſe et in continenti maritum ex delicto ſuo relegatum ſequi teneatur; hoc enim iniquum foret (c). Sed quaeſitum eſt, vtrum vxor quae maritum relegatum ſequi nolit, ad ſecundas nuptias tranſire poſſit? negant hoc, quia vxor innocens a marito relegato nondum per diuortium eſt ſeparata; nec diuortium admittunt ii, qui tantum ob adulterium, malitioſam deſertionem, et ob inſidias vitae ſtructas diuortio locum dant. Sed meo iudicio plures diuortii cauſae non ſolum admit-

(a) HARTM. *Piſtor. obſ. 148.*

(b) *§. 1. Inſt. de nupt. L. 4. C. de crimin. expil. hered.*

(c) *licet diſſentiat* LAVTERBACH *in Coll. theor. pract. Lib. XXIII. tit. 2. §. 90.*

admitti poſſunt, ſed etiam debent. Chriſtus enim, cum illi de diuortiis quaeſtio proponeretur, ad inſtitutionem matrimonii primaeuam prouocabat. Haec vero tria complectitur 1) vnitatem carnis; 2) mutuum adiutorium; et 3) procreationem ſobolis (d); vbi itaque iuxta haec ſocietas coniugalis non cuſtoditur, aut cuſtodiri nequit, diuortio locus erit. Sic relegatio vnius coniugis legitima diuortii cauſa eſſe debet, quia hoc caſu omnes tres fines matrimonii conſequi nequeunt; quare etiam D. ANTHONIVS VLRICVS per Reſcriptum d. d. 19 Maii 1707. ſanxit. *Daß in dem Fall, da ein Ehemann oder Eheweib nicht wegen Unkeuſchheit, ſondern andern verübten Uebelthaten halber, auf ewig relegiret worden, die* ſeparatio quoad Vinculum *zu verſtatten, und den unſchuldigen Theile, ſeiner Gelegenheit nach, anderweit ſich zu verheyraten zu zulaſſen ſey.*

# OBSERVATIO XII.

## DE SVCCESSIONE CONIVGVM.

Deficientibus olim deſcendentibus, aſcendentibus et collateralibus, fiſcus, excluſo coniuge ſuperſtite,

(d) *Geneſ. cap. 1. verſ. 29. et cap. 22. verſ. 18. Tobias cap. 8. v. 9.*

ſtite, qui iure ciuili, exoleſcente in manum conuentione, non ſuccedebat (a), quia coniuges neque agnatione, neque cognatione ſibi inuicem erant coniuncti, hereditatem vacantem vindicabat. Cum vero diuini et humani iuris ſocii eſſent (b), Praetor, excluſo fiſco, coniugem ſuperſtitem ex Edicto vnde vir et vxor ad ſucceſſionem vocabat (c), quod Imperatores poſtea confirmarunt (d); modo bonorum poſſeſſionem intra centum dies et olim (e) et hodie peteret (f); nam et hodie Coniuges ad totam coniugis defuncti hereditatem non niſi ex hoc praetoris Edicto, peruenire queunt (g). Nouo vero Iure etiam cum liberis exiſtentibus, et his deficientibus, cum aſcendentibus et Collateralibus ad ſucceſſionem admittitur coniux ſuperſtes (h); modo coniux praemoriens ſit locuples, et ſuperſtes laboret in-

(a) *Nou. 118. vid.* HEINECCIVM *in Syntag. Antiqu. Lib. I. Tit. 10. §. 6 et 7. et Lib. III. Tit. 10. §. 7.*

(b) *l. 1. D. de R. N. §. 1. Inſt. de Patr. poteſt.* HAHN *ad Weſenbec. tit. vnde vir et vxor. n. 1.*

(c) *l. vn. pr. D. vnde vir et vxor.*

(d) *l. vn. C. eod. §. 2. Inſt. de Bon. Poſſ.*

(e) *l. 1. §. 9. D. de ſucceſſ. edict.*

(f) STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſtat. Diſſ. IV. c. 1. §. 7.*

(g) CARPZ. *P. III. Conſt. 18 Def. 31.*

(h) *Auth. praeterea C. vnde vir et vxor. Nov. 53. c. 6. et Nou. 117. cap. 5.*

inopia. Nec refert, ſuperſtes ſit maritus, ſiue vxor (i). Eſt tamen ſucceſſio coniugum certa ratione iure romano reſtricta, nimirum: nullis liberis exſtantibus, ſuperſtes quartam partem pleno iure accipit; concurrentibus vero liberis, modo non ſint vltra tres, quartam quidem partem capit, ſed tantum iure vſufructuario; virilem vero iure vſufructuario, ſi plures quam tres adſunt. Exſtant vero leges fere in omnibus prouinciis, quae iuris Romani placita valde immutarunt. Sic in noſtris terris iam per Conſtitutionem D. RVDOLPHI AVGVSTI ET ANTHONII VLRICI d. d. 26. Aug. 1689. mutua coniugum ſucceſſio ab inteſtato determinata eſt, quae conſtitutio etiam exſtat in Statutis Heinriciſtadii his verbis: - - *daß ſie (die Witwe) alles und jedes, was ſie ihrem ſeeligen Ehemann nicht* praeſumtiue *ſondern beweislich ein und zugebracht, auch ihr* ex cauſa legatorum *Erbfälle oder in andere in Rechten beſtändige Weiſe zu gehörig, ſamt ihren in ſtehender Ehe nach zimlichen Dingen und Standesgebühr gezeugten Schmuck und Zirath aus den Gütern nehmen, vor ſich behalten, und dann mit ihres ſeel. Ehemanns-kindern von ihr oder voriger Ehefrauen ge-*

D *boh-*

(i) STRYCK *in V. M. tit. vnde vir et vxor §. 6.* GAILIVS *l. II. obſ. 98, n. 5.*

*bohren, zu gleichem Theile erben möge.* Haec conſtitutio d. 12. Mart. 1703 ita declarata eſt, *daß dieſe* Conſtitutio tanquam lex correctoria *dahin nicht extendiret werden mag, daß auch auf andere und denjenigen, ſo* extra territorium noſtrum *ihr* domicilium *haben*, concernirende caſus, *dieſelbe ſolte appliciret werden mögen.* Deinde illa diſpoſitio per Reſcriptum d. d. 31. Oct. 1746. extenſa eſt *auf diejenigen, welche außer dem Bezirk der Heinrichſtadt, und alſo auf der hieſigen Freyheit, und dem übrigen Amts-Diſtrict wohnen;* et paulo poſt per Reſcriptum d. d. 21. Dec. 1746. haec diſpoſitio *auf alle Einwohner der Stadt Wolfenbüttel, keinen davon ausgeſchloſſen* eſt extenſa.

SERENISSIMVS PRINCEPS NOSTER non ſolum hanc Conſtitutionem de 1689 confirmauit, ſed etiam ad omnes lites euitandas d. 30. Dec. 1754. ſanxit, *daß künftig auch, wenn der eine oder andere Ehegatte bey ſeinem Abſterben, ohne lezten Willen, ein oder mehrere Kinder hinterläſſet, ſo dann der überlebende Ehegatte, es ſey der Ehemann oder die Ehefrau, mit den Kindern, dieſelben mögen gleich in erſter oder andern Ehe erzeuget, auch ihrer viel oder wenig ſeyn, jedesmalen zu gleichem Theile gehen, folglich von den Erb- und Eigenthümlichen Gütern des Verſtorbenen, ſo vielen dieſen Kindestheil betrift, das völlige Eigen-*

*thum, und nicht den Niesbrauch allein erhalten und darin Erbe ſeyn ſolle.*

Conferunt quidem iure Romano ſoli deſcendentes (k), non vero aſcendentes (l), nec collaterales, aut extranei (m); attamen Iure Saxonico mater, licet ſit perſona extranea marito cum propriis liberis ex ſtatuto ſuccedens, dotem et reliqua bona conferre tenetur (n). Secundum dictam vero Conſtitutionem vidua cum liberis ſiue germanis ſiue conſanguineis in his terris marito defuncto ſuccedens dotem et reliqua illata conferre non tenetur, econtrario quicquid durante matrimonio titulo lucratiuo a marito, cui ſuccedere vult, accepit, et per quod tempore mortis defuncti adhuc locupletior exiſtit, conferre tenetur, ibi: *Es ſoll demnach ſolchen Falls die Witwe, bey der Theilung des Nachlaſſes ihres verſtorbenen Ehemanns mit den Kindern, es ſeyn dieſe ſämtlich oder zum Theil ihre Leibliche oder aber Stifkinder, ihr Heyratgut, und was ſie ſonſt beweislich ein und zugebracht mit einzuwerfen*

 *und*

(k) *l. 17. C. de collat. Nou. 18. c. 6.*

(l) *l. 1. pr. et §. 5. D. l. 19. C. eod.*

(m) *arg. Nou. 18. c. 5 et 6.* STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſ. XI. c. 2.*

(n) CARPZ. *P. III. Conſt. 11. Def. 26.*

*und zu conferiren nicht ſchuldig, ſondern vielmehr daß alles, nebſt dem, was ihr ſonſt eigenthümlich an und zugehöret, vorweg zu nehmen befugt ſeyn, jedoch iſt darunter alles bey abſterben des Mannes noch vorhandene Vermögen, beweg oder unbeweglich, ſo ſie von ihrem verſtorbenen Ehemann vor oder wärender Ehe geſchenkt bekommen, nicht gemeinet ſondern ſie iſt, alles, was von demſelben herrühret, und wodurch bey abſterben des Ehemanns ihre Haabſeligkeit ſich verbeſſert befindet, zu conferiren, allerdings gehalten.* Idem quoque de marito ſuperſtite ratione bonorum a defuncta vxore in eum translatorum diſponit alleg. Conſtitutio verbis: *gleichermaßen iſt auch der überlebende Ehemann, dasjenige, was von ſeiner verſtorbenen Ehegattin herrühret, und bey deren Abſterben noch vorhanden iſt, mit zu der Theilung zu bringen gehalten.* Immo expediti iuris (o) quidem eſt, quod patri vſusfructus omnium bonorum ſiue maternorum, ſiue materni generis ad liberos in poteſtate conſtitutos deuolutorum acquiratur; vtrum vero pater eo caſu vſumfructum capiat, ſi cum liberis defunctae vxori ſuccedat, vel ideo dubium excitare poſſet, quia, quando parentes cum filiis defuncti fratribus ſuccedunt, aut etiam cum fratrum

(o) *l. 1 et 2. C. de bonis mat. l. 6. C. de bonis, quae lib.*

trum liberis, tunc in portione iſta, quam filii e fratris ſui defuncti hereditate acquirunt, vſumfructum ſibi vindicare non debent (p). Quod *in Auth. item C. de bonis quae lib.* etiam ad ſucceſſionem extranei extenditur, quia pater cum liberis coheres, et ſic aequali iure frui debet (q). In noſtris vero terris per laudatam Conſtitutionem res clara eſt: *Es mag hiebey dem Wittwer, ob er gleich ſolchergeſtalt ſein Erbtheil aus dem Nachlas der verſtorbenen Frau zu völligem Eigenthum erhält, in den übrigen Erbtheilen, die ſeinen leiblichen Kindern anheim fallen, der ihm auf Lebzeit gebührende Niesbrauch nicht entzogen werden. Gleichwie dann auch beyden, ſo der Witwe als dem Wittwer in den erledigten Portionen ihrer nachhero verſterbenden leiblichen Kindern ihre Erbfolge, wenn kein lezter Wille vorhanden, zugleich mit denen vollbürtigen Geſchwiſtern ungeſchmälert bleibet.* Licet iure romano vxor, quae poſt annum luctus ad ſecunda vota tranſit ab omni poena immunis eſſe debeat (r); attamen hoc tan-



(p) *Nou. 118. c. 2.*

(q) BOEHMER *in Digeſt. Lib. XV. tit. 1. §. 16.*

(r) *l. 3. C. de ſecund. nupt.* de feminis ſolum loquitur. In *Nou. 22. cap. 23.* vero haec diſpoſitio ad maritos eſt extenſa. Vſum huius iuris negat HEINECCIVS in Diſſ. de *vſufructu materno*

tantum valet de eo caſu, ſi ex priori matrimonio nulla ſupereſt ſoboles; ea enim exiſtente, percepta a priori marito, quoad proprietatem, amittit, retento tantum vſufructu. Idem quoque de marito, ratione perceptorum ab vxore, dicendum; ſed noſtra Conſtitutio ab hoc rigore iuris recedit; eſt enim ibi ſancitum, *auch ſoll der überbleibende Ehegatte, wenn er zur andern Ehe ſchreitet, daß ihm einmahl völlig erworbene Eigenthum ſeines Anteils von des verſtorbenen Gütern behalten.* Pariter in odium ſecundarum nuptiarum diſponit Ius romanum (s): Coniugem ad ſecunda vota tranſeuntem non poſſe de bonis propriis ſecundo coniugi plus relinquere, quam vni ex filiis prioris matrimonii. Et ſi plures ſint liberi, et vnusquiſque aequalem habeat portionem, Vitricus aut Nouerca non plus percipiat, quam ad ſingulos venit; ſin vero inaequales ſint relictae portiones, tantum ſaltem ad Vitricum vel Nouercam perueniat, quantum vnus liberorum, qui minus habet, accepit. Et haec iuris romani diſpoſitio per noſtram Conſtitu-

*terno* §. *13.* Sed vide LEYSERVM *ſpec. 300. med. 4.* PVFFENDORFIVM *obſ. 23. et alios.*

(s) *l. 6. C. de ſecundis Nupt. Nou. 22. cap. 27.*

ſtitutionem plane confirmata eſt, verbis: *dahingegen aber derſelbe dem neuen Ehegatten ein mehrers von dem Seinigen eigenthümlich zu zuwenden nicht befugt ſeyn, als er einem jeglichen ſeiner Kinder vorhergehender Ehen zu gleichem Kindestheile anzuweiſen vermögend iſt.* Diuiſionis vero inaequalis inter liberos factae vel ideo non meminit noſtra Conſtitutio, quia eiusmodi inaequalis diuiſio tantum in ſucceſſione teſtamentaria, non vero in ſucceſſione ab inteſtato, de qua noſtra lex prouincialis loquitur, locum inuenire poteſt. Adiecit PRINCEPS NOSTER CLEMENTISSIMVS huic conſtitutioni, et quis eſt, qui curam NOSTRI PRINCIPIS pro viduis et pupillis ignoret? duas limitationes in fauorem viduarum pupillorumque, quarum altera marito concedit, vxori, quae dignitati et conſuetudini conuenienter ſe poſt eius mortem ſuſtentare nequit, amplius quid quam liberis prioris matrimonii relinquere; altera vero viduae in caſu, ſi liberi prioris matrimonii ipſi inopia laborent, et ſe pro conditione exhibere nequeant, tantum vſumfructum portionis a marito defuncto relictae ad dies vitae tribuit, proprietatem vero liberis aſſignat, et ideo a vidua cautionem exigit his verbis: *Sol-*

*te*

*te jedoch ſich ereignen daß 1) nurgedachtes Kindestheil, welches der überbleibende Ehemann ſeiner anderweiten Ehefrau hinterlaſſen kan, nicht hinlänglich wäre, daß, nach ſeinem Tode, die Witwe davon, mit Zuziehung ihres eigenen Vermögens, ihrem Stande nach, nothdürftig leben könte, und daß zugleich 2) dadurch, wenn zu Alimentation der Witwe ein mehreres als die Einkünfte ihres Kindestheils, betragen, ausgeſezt wird, die Kinder nicht ſelbſt in gleiche oder gröſſere, als die ſub 1. nur bemerkte Nothdurft iſt, gerathen würden, ſo mag der Ehemann ſeiner künftigen Witwe zu ihrem Unterhalte von dem Seinigen ein mehrerers verſchreiben oder vermachen, jedoch nur ſolchergeſtalt, daß die Witwe alsdenn nur auf Lebzeit zu genieſſen habe, und den vorhandenen Kindern aus einer oder mehreren Ehen das ihr zum Niesbrauch zugetheilte Vermögen zu hinterlaſſen, und dieſen deshalb Sicherheit zu ſtellen ſchuldig ſey.* Si vero Coniux deficientibus liberis, ſine teſtamento decedat, et aſcendentes relinquat, tunc coniugi ſuperſtiti tribuit noſtra conſtitutio dimidiam partem hereditatis pleno iure, ita, vt coniux ad ſecunda vota traſiens ne quidem proprietatem amittat, alteram vero partem aſcendentibus aſſignat in verbis: *würde auch ein Ehegatte, bey ſeinem Abſterben ohne Teſtament, keine Kinder, ſondern nur in aufſteigender Linie*

*Linie Erben hinterlaſſen, ſoll der überbleibende Ehegatte zum halben Theil erben, die in aufſteigender Linie aber, es mögen ein oder mehrere derſelben ſeyn, ſollen die andere Hälfte von der Erbſchaft haben. Auch mag der Witwer oder die Witwe, wenn derſelbe oder dieſelbe gleich zur andern Ehe ſchreitet, in ſolchem Fall, den ihm oder ihr zugefallenem Antheil eigenthümlich behalten.* Denique quilibet heres per laudatam conſtitutionem onera hereditaria pro rata ferre tenetur: *Es hat aber ſo wohl in dieſem als der vorigen Fälle einem ein jeder Erbe, zu ſeinem Theile, die der Erbſchaft halber zu leiſtende Abgaben und unter ſolchen die von dem Verſtorbenen hinterlaſſenen Schulden mit zu tragen.* Interim facultas teſtandi per hanc Conſtitutionem Coniugibus non eſt adempta, excepto caſu, quo coniux, accepta portione virili, in fraudem huius legis et in detrimentum liberorum prioris matrimonii per vltimam voluntatem diſponere intenderet. Sic vulgata regula: prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, et in his terris obtinet. Cautum quoque eſt, vt omnes ſubditos, cuiuscunque ſint dignitatis aut conditionis, haec ſanctio ligare debeat, et vt omnes leges aut conſuetudines anteriores huic Conſtitutioni contrariae ſint abrogatae. Verba ita ſonant: *Gleich wie nun*

*bey dem allen, jedoch den obigen Fall, wenn nemlich der überbleibende Ehegatte, nachdem er aus des verſtorbenen Theils-Gütern ſeinen Kindes-Antheil hinweg genommen, zur andern Ehe ſchreitet, ausgenommen, durch ein zu Recht beſtändiges Teſtament und lezte Willens-Verordnung auch Eheſtiftung, oder andere zu Recht beſtändige Vergleiche und Handlungen, in ſo weit ſolche Freyheit durch andere ausdruckliche Geſezze und Verordnungen nicht eingeſchränkt iſt, über das Seinige zu ordnen, einem jeden unbenommen bleibet: alſo ſoll hingegen auch, wenn dergleichen zu Recht beſtändige Verordnung nicht vorhanden, bey vorfallenden Erbfolgen ohne Teſtament, zwiſchen Unſrem Furſtlichen Bedienten und allen anderen Unſeren Unterthanen, wes Standes und Wurden ſie auch ſind, in Fürſtl. Landen, Städten, Aemtern, Gerichten, Flekken, und Dorfern, der geringſte Unterſchied nicht gemachet, ſondern nach dieſer Unſerer Conſtitution ein durchgehende Gleichheit gehalten werden. Wie Wir denn auch aus ſolcher Urſache alle etwa hie und da vorhandene Statuten und Gewohnheiten, ſo mit dieſer Unſerer Conſtitution nicht einſtimmig ſind hiemit ausdrücklich aufheben und abſchaffen.*

OBSER-

# OBSERVATIO XIII.

## SPVRII ETIAM IN HIS TERRIS IN SEXTANTEM SVCCEDVNT.

Naturales liberi Iure romano (a) ſuccedunt matri maternaeque lineae, quod hodie ex iuris canonici principiis ad ſpurios extenditur (b). Patri vero tunc demum ſuccedunt, ſi hic nec legitimam vxorem nec liberos legitimos relinquat, quo in caſu cum matre, non attento numero naturalium, in ſextantem ſuccedunt, et mater accipit portionem filialem (c), atque hanc iuris romani diſpoſitionem etiam in his terris obtinere atteſtatum eſt a Cancellaria d. 1. Oct. 1722. his verbis: *daß die Spurii, wenn der Vater ohne eheliche Leibes-Erben, auch ohne Errichtung eines lezten Willens verſtorben, in Sextante ſuccediren können, und daß ſolches bey hieſigen judicio in Contradictorio ausgemacht ſey.*

(a) *§. 3. Inſt. de SCto Orphit.*

(b) BOEHMER *in Digeſt. tit. de mod. ſucced. ab inteſt. §. 7.* MEVIVS *P. II. Dec. 83.*

(c) *Nou. 89. c. 12. §. 4. Auth. licet C. de natural. liber.*

# OBSERVATIO XIV.

## LIBERIS HEREDITATI PATERNAE AVT MATERNAE RENVNCIANTIBVS OB LAESIONEM QVOAD LEGITIMAM RESTITVTIONE IN INTEGRVM NON SVCCVRRITVR.

Iure romano quidem heredidati futurae per pactum non valide renunciatur (a). Ius Canonicum (b) quoque in hac materia ſequitur Iuris Romani diſpoſitionem; hinc valde errat L. B. de CRAMER (c), qui valorem horum pactorum ex iure canonico deriuare ſtudet; Ius enim Canonicum eiusmodi pacta tantum accedente iuramento valida declarat (d). Iuri Germanico potius debetur gloria, ſecundum quod eiuſmodi pacta ſucceſſoria per ſe

(a) *l. fin. D. de ſuis et legit. hered. l. 3. C. de collat. l. 35. §. 1. C. de inoffiiciſ. teſtam.*

(b) *cap. 2. de pact. in 6to.*

(c) *de pacto hereditario renunciatiuo Cap. 1. §. 13.*

(d) *cap. 2. alleg.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0048-4

ſe et ſine iuramento valida ſunt (e). Excludit eiuſmodi pactum filias renunciantes a tota hereditate, et ſic etiam a legitima, licet vulgo diſſentiant, exiſtimantes: ſemper ſaluam eſſe actionem ad legitimam conſequendam (f). Sed meo quidem iudicio, verius eſt, nullam actionem renuncianti amplius competere (g); conſultius autem erit ad lites euitandas, vt filia, aut quiſquis ſit, expreſſis verbis renunciet legitimae, niſi in legibus prouincialibus hiſce controuerſiis iam limites ſint poſiti, vt in his terris per Conſtitutionem ANTHONII VLRICI d. d. 7. Aprilis 1712. factum: *daß die* Reſtitutio in integrum *nicht ſtatt haben ſoll, falls einer* laeſionem quoad legitimam *vorwendet, wenn er vorher der väterlichen und mütterlichen Erbſchaft eydlich renunciiret hat.* Iure Germanico, vt dictum, iurata renunciatio non requiritur; in his tamen terris Cautela eſt, vt Iuramento eiusmodi renunciationes



(e) MEVIVS *P. III. Dec. 270.* SENCKENBERG *de ſucceſſione filiarum in regnis et Principatibus in praef. P. II. §. 5.* WERNHER *obſ. 430.* LEYSER *ſpec. 45. med. 1. 2.*

(f) STRVV *in Iuriſpr. forenſ. Lib. II. tit. 34. §. 5. et Exercit. 38. theſ. 50.*

(g) *vid. Illuſt.* HOMMEL *in Rhapſ. quaeſt. obſ. LXIII. et ab eo alleg.* CARPZ. *P. II. Conſt. 35. Def. 16.* MYNSING *P. I. obſ. 36. et* STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſ. 8. c. 10. §. 24.*

nes confirmentur, quia eo caſu nulla reſtitutio in integrum, ne quidem ob laeſionem quoad legitimam datur.

## OBSERVATIO XV.

### SVMTVS IN PROCESSVM LIQVIDATIONIS FACTI NON PRO RATA DEDVCVNTVR SINGVLIS CREDITORIBVS.

Moto concurſu ſumtus in proceſſum liquidationis factos regulariter omnes creditores pro rata exſoluere debent (a); ſed quia haec impenſarum deductio regulariter maximis difficultatibus laborat, per Reſcriptum Cancellariae d. d. 20. Nov. 1742. cautum eſt: *daß bey* Concurs-Proceſſen *die Gerichts-Gebühren und andere Unkoſten, nicht einem jeden* Creditori pro rata *abgezogen, ſondern ſolche von der ganzen* maſſa bonorum *vorabgenommen werden ſollen.*

OBSER-

(a) MEVIVS *P. VI. dec. 83.* BRVNNEMAN. *de concurſu credit. Cap. 1. §. 12.*

# OBSERVATIO XVI.

## VSVRAE POST OMNES SOLVTAS SORTES DEMVM COLLOCANTVR.

Secundum iuris ciuilis placita vſurae in Concurſu creditorum eodem priuilegio praelationis gaudent, quod reſpectu ſortis obſeruatur (a), quia vſurae ſunt ipſius, de quo penduntur, quaſi partus, ideo debent etiam eſſe eiuſdem naturae, proprietatis et qualitatis; eiuſdem enim iuris cenſetur merito acceſſorium, cuius eſt principale, cum ergo vſura ſit acceſſio ſortis, non debet non obtinere in vſura, quod iuris eſt in ſorte. Et haec diſpoſitio non legibus tantum, ſed etiam aequitati conuenit; non minus enim aequum eſt, aliquem ex pacto vſuras accipere quam ſortem, nec iniquum eſt ideo ſorte alterum carere, quod vſuras alter ſuo iure accipit (b). In quibusdam tamen locis vſurae demum poſt omnium Capitalium ſolutionem veniunt

(a) *l. 18. ff. qui potior. in pign. l. 19. §. 2. ff. de pactis.*
(b) MEVIVS *P. VIII. Dec. 464.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0051-0

unt (c); quod etiam in his terris per Conſtitutionem ſpecialem D. AVGVSTI WILHELMI d. d. 20. Aug. 1714. his verbis diſpoſitum eſt: *daß in denen bey Concurſibus Creditorum publicirenden Urtheln, die Zinſen nicht eher, als bis alle Capitalia abgeführet, zu bezahlen geſezt werden ſollen.* Per nouam vero declarationem d. d. 8. Oct. 1716. haec conſtitutio ratione piorum corporum ſequenti modo limitata eſt: *daß Kirchen, Schulen, Uniuerſitäten, Hoſpitalien und andere Piae Cauſae, in denen Concurs-Proceſſen, und darin zu publicirenden Priorität Urtheln, nicht zu poſtponiren, ſondern die Zinſen, obſchon andere Gläubiger ihrer Haupt-Summa halber nicht befriediget werden könten, zugleich mit denen Capitalien zu adiudiciren.* Et haec Conſtitutio eiuſque declaratio parem aequitatem cum Iuris Ciuilis diſpoſitione prae ſe ferunt, licet ſibi contrarientur, vt fere dubium ſit, quaenam aequior: Hac enim ratione pluribus Creditoribus ſatisfit. Quoniam vero noſtri conciues etiam ditiſſimi potius pecunias ſuas caute reponebant reſeruabantque, quam ſub vſuris darent, ne vſurarum appetitione ſorte aut ad minimum vſuris caderent; NOSTER CAROLVS con-

(c) Sic iure Saxonico prius omnia Capitalia ſunt ſoluenda, antequam vſurae capiantur, et Iure Lubecenſi vnius anni vſurae tantum adiudicantur in concurſu.

congruum duxit illam Conſtitutionem de 1714. ita modificare et declarare, vt iis creditoribus, qui ſibi hypothecis iudicialibus proſpexerunt, non ſolum vſurae vnius et quidem vltimi anni, ſed etiam eae, quae durante concurſu accreſcunt, adiudicari debeant; hoc vltimo vero caſu, ne vltra annum extenderentur, ſtatuit per Conſtitutionem d. d. 23. Martii 1756. *daß alle diejenigen, welche, gegen gerichtlich beſtättigte Hypotheken, Geld zinsbar hergeliehen haben, wenn über des Schuldners Vermögen zum Concurſe komt, die von einem Jahre vor erhobenem Concurſe rükſtändigen, desgleichen die während des Concurſes fortlaufenden Zinſen, jedoch leztere höchſtens nur von einem Jahre, zugleich mit den Capitalien haben; und dieſe Zinſen unmittelbar nach den Capitalien claſſificiret werden ſollen.* Econtrario ratione creditorum hypothecas extraiudiciales habentium, vt et reliquarum vſurarum priorem conſtitutionem plene confirmauit, *dahingegen 2) in Anſehung der Zinſen von den vorherigen Jahren, auch der Zinſen aus auſſergerichtlichen Verſchreibungen, es bey der Verordnung vom 20 Aug. 1714 ſein bewenden hat, daß dieſelben nicht eher bezalet werden, bis alle Creditores jeder den Haupt-Stul erhalten.* Ita quoque NOSTER PRINCEPS vſuris piis corporibus

ribus debitis iuſtos poſuit limites, vt eorum vſurae tantum ratione trium vlteriorum annorum cum iis, quae durante concurſu accreſcunt, modo hae anno non excedant, pari priuilegio cum ſorte frui, reliquorum vero annorum vſurae poſt omnes ſolutas ſortes collocari debeant: *ſo viel* 3) *die Kirchen, Klöſtern, Hohen und andern Schulen, Hoſpitalien, und anderen geiſtlichen Stiftungen gebürenden Zinſen anlanget, ſollen die von den lezten drey Jahren vor erhobenen Concurſe etwa rükſtändigen, desgleichen die wärend des Concurſes fortlaufenden Zinſen, jedoch leztere höchſtens von einem Jahre, zugleich mit dem Haupt-Stul claſſificiret und bezalet, die von mehreren Jahren rükſtändigen Zinſen aber ſollen allen Capitalien nachgeſetzet werden.* Ne vero pia corpora per hanc Conſtitutionem ratione vſurarum vltra tres annos adhuc reſiduarum damnum incurrerent, gratioſe indulgebat PRINCEPS iis in concurſibus iam motis, aut currente hoc anno adhuc mouendis vſum priuilegii 1716 conceſſi; ſimulque voluit, vt adminiſtratores ante finem currentis anni vſuras reſiduas exigere deberent: *damit aber* 4) *die geiſtlichen Stiftungen, wegen der itzo ausſtehenden ältern Zins-Reſte, nicht gefärdet werden, ſo ſind ſolche vor Endigung des itzo laufenden Jahrs beyzutreiben, und ſollen*

*len bey den in dieſen Jahr ausbrechenden, ſo wie in den ſchon erhobenen Concurſen alle rückſtändigen, den piis cauſis gehörigen Zinſen, nach der Verordnung vom 5. Octob. 1716. zugleich mit den Capitalien claſſificiret werden.* In poſterum vero debitores quotannis vſuras ſoluere et adminiſtratores contra moroſos debitores agere, atque vſuras mediante executione exigere debent, et ni faciant, eorum periculo cedat. *Es werden demnach alle Adminiſtratores piarum cauſarum hiemit befehliget, die rükſtändigen Zinſen vorderſamſt beyzutreiben, auch hinführo, wenn ein Schuldner nicht alle Jahr die Zinſen richtig abführet, denſelben gehörigen Orts zu belangen, und alles mögliche zu thun, daß die Zinſen executiue beygetrieben werden; geſtalt wenn es daran fehlet, und die Zinſen deshalb verloren gehen, die Adminiſtratores den piis cauſis für ſolchen Schaden haften, wie denn auch die Obrigkeiten, welche, wieder beſſeres Vermuten die gerichtliche Hülfe verzögern, allen daher den piis cauſis zuwachſenden Schaden aus ihren eigenen Mitteln erſetzen ſollen.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0055-2

# OBSERVATIO XVII.

## APPELLATIO CORAM NOTARIO ET TESTIBVS INTERPOSITA NON VALET.

Notiſſimi iuris eſt, appellationem interponi poſſe vel viua voce, vel in ſcriptis. Illo caſu appellatio fit iudice adhuc pro tribunali ſedente per vocem: appello; quae appellatio ſtatim per Actuarium ad acta eſt notanda (a); hoc vero caſu appellatio fit per ſchedulam appellationis iudici inferiori oblatam, aut coram Notario et teſtibus, cum petitione, vt inſtrumentum ſolemne deſuper conficiat (b); huncque modum poſteriorem frequenter et indiſtincte hodie obſeruari tradit LAVTERBACH (c); ſed SERENISSIMVS DVX CAROLVS hunc modum appellandi in his terris per Conſtit. d. d. 19. April. 1746. plane ſuſtulit. Verba ita ſonant: *daß von allen und jeden litigirenden Partheyen, und deren Aduocatis und Procuratoribus künftighin* die

(a) *l. 2. D. de appell.*

(b) *cap. fin. X. quando appelland.*

(c) *in Coll. theor. pract. Lib. XLIX. tit. 4. §. 4.*

*die Remedia ſuſpenſiua, ſie haben Namen wie ſie wollen, von dem Iudice a quo binnen 10. Tagen entweder mündlich ad Protocollum, oder per Schedulam interponiret, und hinführo ein Documentum Notarii nicht weiter ad Acta genommen, ſondern wann dergleichen produciret wird, das interponirte Remedium für deſert gehalten, das Documentum ſuper interpoſito remedio ſuſpenſiuo aber hinkünftig von dem Iudice a quo ertheilet werden ſoll.*

## OBSERVATIO XVIII.

## EXPENSAE FVNEBRES MOTO CONCVRSV AD CERTAM QVANTITATEM SVNT DETERMINATAE.

Sumtus funeris in Concurſu creditorum quidem referuntur ad primam claſſem (a), et praeferuntur omnibus reliquis etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus, immo etiam ipſi vxori dotem repetenti (b). Vtilitas publica rationem



(a) *l. 14. §. 1. l. 18. l. 19. l. 45. D. de relig. et ſumt. funer. l. fin. §. 9. C. de iure delib.*

(b) *per leg. alleg.*

nem huius priuilegii quoque ſuppeditat, ne inſepulta cadauera iaceant (c). Comprehenduntur autem ſub iis ſecundum iuris ciuilis tenorem eae tantum expenſae, quae ad ſepulturam cadaueris pertinent (d); At ex conſuetudine huc referuntur veſtes lugubres vxori et liberis debitae, porro Salaria Medicorum, Chirurgorum et Pharmacopolarum, quatenus pertinent ad ſumtus in vltimam curationem et infirmitatem debitoris mortui factos, vtpote qui cum ſumtibus funeris comparantur (e). Modus vero et quantitas horum ſumtuum in legibus non determinatur, ſed potius eorum moderatio Iudici relinquitur (f); quare lites haud leues in detrimentum creditorum moto concurſu inde oriri ſolent; his litibus vero NOSTER PRINCEPS praecauet, dum per Conſtit. d. d. 12. Oct. 1756. modum harum impenſarum ita determinat: *daß, wenn ein Liquidat wärend des Concurſes verſtirbt, zu deſſen Begräbnis aus der gemeinen Maſſe nichts weiter genommen werden ſoll, als bey denen von Adel oder vor-*

(c) *l. 43. D. de relig.*

(d) *l. 14. §. 6. l. 37. D. de relig.* Ex quibus textibus apparet: iure ciuili praeter id, quod corporis cauſa impendendum, aliorum officia erga defunctum et his impendenda non haberi pro ſumtibus funerum CARPZ. *P. I. Conſt. 28. n. 41.*

(e) *l. 4. C. de hered. petit. l. 3. C. de relig. et ſumt.*

(f) *l. 14. §. 6. D. de relig.*

*vornehmen Fürſtl. Bedienten, Bürgerlichen Standes, ſechzig Thaler, bey geringeren Bedienten, auch Kaufleuten, oder Künſtlern, ſechs und dreiſsig Thaler, bey andern Bürgerlichen Perſonen achtzehn Thaler, und bey Bauersleuten acht Thaler, und ſind nach Proportion dieſes Quanti, auch die iura ſtolae zu ermäſſigen, geſtalt auſſer den veſtgeſezten Summen, unter keinem Vorwand aus der Maſſa communi etwas mehrers genommen werden ſoll. Auf den Fall aber, daß eines Liquidaten Ehefrau während des Concurſes verſtirbt: ſo wird wenn ſie ſelbſt nichts in Vermögen hat, als wo von ſonſt die Begräbnis Koſten zu nehmen ſind, die Hälfte deſſen, was in Anſehung der Männer oben feſtgeſezzet worden, verabfolget, dahingegen, wenn der Sterbefall von dem Ehemann, oder der Ehefrau vor entſtandenen Concurſe ſich begiebt die zum Begräbnis aufgewandten Koſten, wenn ſie dem Stande der Verſtorbenen gemäs ſind, billig in Rechnung paſſiren.*

# OBSERVATIO XIX.

## MERCEDES FAMVLORVM IN CONCVRSV NON SIMPLICITER SVNT PRIVILEGIATAE.

Mercedes Famulorum de iure ciuili in concurſu quidem nulla praerogatiua gaudent, ſed inter ſimplices Chirographarios referuntur; Verum ex Iuris Saxonici diſpoſitione (a) in vniuerſam fere Germaniam recepta, merces famulitia etiam de multis annis reſidua in prima claſſe collocatur (b); Interim ad mores locorum reſpiciendum eſt, qui aliquando eiusmodi conſuetudines fere vniuerſales temperant. Sic de Saxonia praetenditur, quod famuli mortis vel moti concurſus tempore in Domo vel conuictu fuerint (c), et Iure Lubecenſi pro vnius anni tantum ſalario hoc priuilegium tribui-

(a) *O. P. S tit. 42. §. nechſt dieſem.* CARPZ. *P. I. Conſt. 28. Defin. 24-25.* BERLICH *P. I. Concl. 64. n. 66.*

(b) *vid. tamen Illuſt.* HOMMELII *Rhapſodia quaeſtionum obſ. LXXV. ibi: merces famulorum ante tres poſtremos annos debita collocatur in vltima chirographariorum claſſe; neque enim obtinuerunt, qui quondam eam plane adiudicandam eſſe putarent.*

(c) RICHTER *de priuileg. credit. C. II. m. 3. §. 2.* CARPZ. *l. c. Def. 25.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0060-0

buitur (d); ita quoque per Conſtit. d. d. 12. Oct. 1756. haec Conſuetudo vniuerſalis temperata eſt, vt tantum mercedes famulorum intuitu trium vlteriorum annorum hoc priuilegio gaudere, ratione reliquorum autem annorum nudis chirographariis annumerari debeant - - *So viel das Geſinde anlanget, ſoll das demſelben zuſtehende Vorrecht, weiter nicht, als auf das Lohn von den drey lezten Jahren vor entſtandenen Concurſe, dem Geſinde angedeihen, mithin, was der Liquidat etwa weiter an Geſinde Lohn rükſtändig iſt, in der lezten Claſſe der Prioritäts-Vrtel aufgeführet werden.*

## OBSERVATIO XX.

### AVSGEBER DES WECHSELS DENOTAT REMITTENTEM SIVE CREDITOREM AVT POSSESSOREM CAMBII.

Cambium eſt vel *proprium*, quando debitor accepto mutuo loco chirographi dat litteras cambiales; vel *locale ſiue traſſatum*, quando pecunia vni hoc loco ſoluta alteri alio loco ab aliquo ſolui iubetur. Ad cambium proprium itaque regulari-



(d) MEVIUS *ad Ius Lubec. Lib. III. tit. 1. Art. 11. n. 59.*

lariter duae, ad cambium traſſatum regulariter quatuor perſonae, aliquando autem plures aut pauciores requiruntur; Quarum vnaquaeque certo nomine inſignitur. Qui enim pecuniam hoc loco ſoluit alibi reddendam, vocatur *Remitiens* qui pecuniam hoc loco accepit, et pro illa dedit litteras cambiales *Traſſans* appellatur: is, qui litteras illi, cui ſolutio eſt iniuncta, offert, *Praeſentans* nominatur, et qui eas in ſe recepit, atque pro traſſante ſolutionem promittit *Acceptantis* aut *Traſſati* nomine inſignitur. Sed in ordinationibus Cambialibus non ſemper eaedem denominationes adhibentur, quare ſaepe lites haud leues inde oriuntur. Sic enim Remittens aliquando vocatur Numerans (a); aliquando *Geber des Geldes* (b) item *Ausgeber des Geldes* (c); porro *Aufnehmer des Wechſelbriefs* (d); *Empfänger des Wechſelbriefs* (e); Econtrario Traſſans vocatur quoque Scribens, Tractans, Trahens, Tranſſcribens (f); Italis: Fattore o ſcriben-

(a) LVDOVICI *de muliere cambiante.* §. *IV.*

(b) *Ius Cambiale Pruſſ. Art. III.*

(c) ZIPFEL *in tract. de teſſer. collyb. pag. 16.*

(d) *Ord. Cambial. Lipſien.* §. *26.*

(e) KOENICK *in den Anmerk. über der Stadt Leipz. W. O. pag. 139.*

(f) LVDOVICI *de mul. camb.* §. *IV.*

bente della lettera (g); Germanis, *Geber des Wechſelbriefs* (h), *Wechſelbriefs Geber* (i), *Ausgeber des Wechſelbrifs* (k); *Zieher* (l). Praeſentantem vero aliquando Praeſentatorem, Exhibitorem, Exactorem vocant; et denique Traſſatum *den bezogenen* appellant. Adhuc aliae admodum ambiguae appellationes in vſu ſunt. Sic Dator, *Geber* paſſim Remittentem et Traſſantem denotat (m); Sic Dator Cambii, *Wechſel Geber* et Remittentem (n) et Traſſantem (o) deſignat. Sic per Acceptoris vocem alii remittentem (p) alii traſſantem (q) indicant. Sic *Nehmer* Remittentem (r) et Traſſantem (s) vocant. Sic quoque in Ord. Camb. D. AVGVSTI WILHELMI d. d. 1. Aug. 1715. Art. 45. diſponitur:



(g) *Capit. Bonon. de Camb. cap. XVI.*
(h) *Ius Camb. Pruſſ. Art. II. Ord. Camb. Norimb. Art. VI, et VIII. Sangall. Art. XIII.*
(i) *Ius Camb. Suecic. Art. II.*
(k) *Ius Camb. Auſtriac. Art. I.*
(l) *Ord. Camb. Gedan. Art. I.*
(m) *Ord. Camb. Gedan. Art. I. Ord. Camb. Wratislau. Art. XIV.*
(n) IOH. IAC. HEIDIGER *in der Einleitung zum gründlichen Verſtand des Wechſel-Rechts. Cap. II. p. 14.*
(o) *Idem pag. 16.*
(p) SCACC. *de Commerc. et Camb. fol. 519.*
(q) AHASV. FRITSCH *ad Voigt de Camb. pag. 207. not, 6.*
(r) HEYDIGER *l. c. pag. 27.*
(s) *Idem pag. 14.*

nitur: *es wäre dann etwa der Ausgeber immittelſt verſtorben.* Sed quia, quis per vocem *Ausgeber intelligi* debeat, ſaepe quaeſitum eſt, tandem SERENISSIMVS CAROLVS per nouam Declarationem d. d. 9. Martii 1767. ſanxit: *daß wie das Wort Ausgeber daſelbſt* (in Art. 45.) *gebraucht worden, für einen, der den inhabenden Wechſel gegen baares Geld wieder aus- oder abzugeben hat, alſo auch kein anderer als der Inhaber des Wechſels darunter verſtanden werden ſoll.* Meo quidem iudicio ſecundum hanc declarationem per vocem *Ausgeber* non ſolum Remittens ſed etiam Praeſentans intelligi poſſet, quia vero haec declaratio in ſpecie ad Art. 45. reſtricta eſt, verbis: *wir declariren alſo hiedurch und Kraft dieſes beſagten Articul dahin* - et hic articulus tantum de cambio proprio agit, vt ex verbis initialibus *wann ein eigener Wechſelbrief* - nullum ſupereſt dubium, quin per hanc vocem Remittens ſiue Creditor aut ille, in quem iuſto titulo Cambium eſt translatum, intelligi debeat.

OBSER-

# OBSERVATIO XXI.

## IVRAMENTI DELATIO AD PROBATIONEM QVAE FIT IN CONTINENTI REFERTVR.

Probatio fit vel in continenti, quando ſcl. aliquid aut per inſtrumenta guarentigionata, aut partis aduerſae iudicialem confeſſionem, aut denique per acta publica ſtatim probari poteſt; vel illiquida, ſeu vti ICtorum phraſis habet, altioris indaginis eſt, quae demum per teſtes aut iurisiurandi delationem, aut per documenta non omnibus numeris abſoluta, aut denique per praeſumtiones expediri poteſt (a). Hinc in proceſſu executiuo contra inſtrumentum liquidatum et confeſſionatum nullae aliae admittuntur exceptiones, quam quae ſunt in continenti liquidae atque probatae (b). Non tamen prorſus reiiciendae ſunt exceptiones altioris indaginis, ſed reconuentioni reſeruandae; ita, vt finita

(a) *l. 3. §. 13. D. ad exhibend.* LAVTERBACH *Lib. XLIV. Tit. 1. §. 50.*

(b) COLERVS *de proceſſ. execut. P. IV. cap. 1. n. 43.* CARPZOV. *Lib. III. Reſp. 52.* WERNHER *in ſelect. Obſeru. forenſ. P. I. obſ. 36.*

ta executione in iudicio reconuentionis reus eas tractare valeat. Non ergo audiendus erit debitor, ſi in proceſſu executiuo, exceptionem contra inſtrumentum liquidum et confeſſatum oppoſitam conſcientiae creditoris committere velit (c); tum quia iuramentum eſt ſpecies legitimae ac ordinariae probationis (d), quae in proceſſu executiuo non admittitur (e); tum quod in proceſſu executiuo, exceptio inſtrumento liquido et confeſſato oppoſita in continenti debeat probari; at iusiurandum deferre non eſt probare in continenti (f). Sed in his terris exſtat Conſtitutio ſpecialis PRINCIPIS NOSTRI d. d. 10. Iun. 1745. per quam Iuramenti delatio etiam pro probatione, quae fit in continenti, haberi, et contra inſtrumenta guarentigionata admitti debet in verbis: *daß in dem Fall, wenn einer*

(c) ZANGER *de Except. Part. III. cap. 26. n. 119.* BERLICH *P. I. concl. 84. n. 84.*

(d) RAVCHBAR *part. 1. quaeſt. 11. n. 25.*

(e) COLERVS *l. c. P. IV. cap. 2. n. 23.* ZANGER *l. c. n. 23.* SCHILTER *Exercit. XIII. theſ. 16 et 18.* STRYCK *in V. M. Lib. XII. §. 23.* CARPZ. *Lib. III. Reſp. 52. n. 5 et 19. et Reſp. 53.*

(f) *l. 3. §. 13. D. ad Exhib.* BERGER *in Oec. Iur. Lib. IV. Tit. XVIII. §. 2. Sed vide* LVDOVICI *in der Einleit. zum Civil-Proces Cap. 3. §. 19. ſequ.* qui iuramenti delationem extra Saxoniam in proceſſu executiuo admittit.

ner nach obbeſagter Fürſtl. Conſtitution aus klaren Briefen und Siegeln belanget wird, und der Beklagte zum Beweis ſeiner Einrede ſich der Eides delation bedienet, dieſer damit zu hören, und die Delatio iuramenti pro probatione, quae ſit in continenti, wie ſie in vorgedachter Conſtitution (d. d. 3. Nou. 1617.) zugelaſſen wird, anzunehmen ſey, jedoch mit dieſem Anhange, daß derjenige, welcher ſich der Eides-Delation im Proceſſu executiuo, da aus inſtrumentis guarentigionatis gegen ihn geklaget wird, bedienen will, ſolches ſub praeiudicio, daß er ſonſten in ſolchem Proceſſu executiuo damit weiter nicht gehöret werde, zeitig ante terminum melden ſoll, damit der Kläger ſich in Termino darauf erklären könne.

## OBSERVATIO XXII.

### ILLI QVI AD ARTICVLOS INQVISITIONALES RESPONDERVNT NVLLA INFAMIA AVT MACVLA LABORANT.

INFAMIA eſt *priuatio famae et iurium ab ea dependentium.* Vulgo diuiditur infamia in *infamiam*

*Iuris et facti;* ſed hanc diuiſionem non aequo animo fero: omnis enim infamia factum et ius requirit, ergo falſa eſt diuiſio. Vanae enim voces populi audiendae non ſunt (a). Ita vero ſentiendum eſt: infamiam aeque vti famam ſuos habere gradus; et ſic pro grauitate delicti infamiae effectus variant. Differunt ergo infamiae a gradu et effectu, non a iure et facto. Excogitarunt quoque et formarunt adhuc Doctores alium et leuiorem gradum infamiae, quem leuis notae maculam appellant. Sedem huius maculae quaerunt in *l. 27. C. de inofficioſo teſtam.* Sed iam dudum HEINECCIVS (b) hoc monſtrum necauit, demonſtrando: Dictam legem perperam ex duabus plane diuerſis conſtitutionibus CONSTANTINI eſſe a TRIBONIANO compilatam; quarum altera anno 319. (c); altera 332. (d) lata eſt: ſimulque originem huius ſic dictae maculae principiis clericalibus tribuit. In eorum numerum autem, qui infamia, aut leuis notae macula laborant, referuntur etiam ii, qui ad articulos inquiſitionales reſponderunt, qui ab eo tempore inquiſiti vocantur, ab officiis ſuſpenduntur,

(a) *l. 12. §. 11. D. de poen.*
(b) *in Diſſ. de leuis notae macula.*
(c) *vid. l. 1. C. Theod. de inoffic. teſt.*
(d) *vid. l. 3. C. Theod. eod.*

tur, a collegiis, nouiſque honoribus et conſortio honeſtorum virorum excluduntur, donec innocentiam ſuam docuerunt (e). Quis vero non videat iniquitatem huius diſpoſitionis? Certe, ita proceſſus ab executione inchoatur. Et quis quaeſo eſt, qui non ſapientiam PRINCIPIS NOSTRI admiretur, qui hunc modum procedendi plane illegalem exſtirpauit per Conſtit. d. d. 14. Maii. 1750. his verbis: *demnach es faſt zu einer Gewohnheit geworden, daß wenn jemand zur Special-Inquiſition obſchon nicht zugleich zur Captur gezogen, und ad articulos inquiſitionales vernommen, ſolches ihm zum beſondern Vorwurf gereichen, und er, ſo lange er nicht ſeine Unſchuld ausgeführet, von anderen neben ſich in ſeiner Stelle, Amt und Würde nicht mehr gelitten werden wollen, dahero mit ihm zur Suſpenſione ab officio geſchritten werden müſſen, ſobald die Special-Inquiſition ihren Anfang genommen; Und aber dieſes, daß Leute von dem Richter über angeſchuldigte, aber nicht erwieſene Begünſtigungen, es ſey nun ſummariſch, oder auf gewiſſe Fragſtükke, oder auch auf beſondere Articulos inquiſitionales vernommen werden, denenſelben an ihren Ehren und Würden billig keinen Ein-*



(e) *l. vn. C. de reis poſtulatis vid. Illuſt.* MEISTERI *principia Iuris Criminal. Sect. III. Cap. XIV. §. 6. n. b. vid. quoque Illuſt.* HOMMEL *in Rhapſ. quaeſt, obſ. 210 et 211. ſub voce inquiſitus.*

*trag oder Abbruch thun mag; gleichwie es auch, zumahlen nicht die Strafe, weniger noch die vorhergehende Unterſuchung und der Inquiſitions-Proces, ſondern nur die Unthat ſelbſt oder das Verbrechen deſſen man überführet wird, jedoch aber auch ehe nicht, als man deſſen überführet worden, geſtalten Sachen nach, eine Infamiam oder reſp. eine Maculam mit ſich führet, etwas hartes, und den natürlichen und gemeinen Rechten widriges iſt, jemanden ehe er der auf ihn gebrachten Beſchuldigung der Gebür nach überführet iſt, beſtraffen zu wollen; nicht zu gedenken, daß ein Inquiſit, wenn er den wider ihn entſtandenen Verdacht von ſich beſtens abgelehnet, und eine Abſolutoriam erhalten hat, dieſer ſeiner erhörten Unſchuld nicht völlig genieſſen, und ſich deren erfreuen kan, ſondern, deren ohngeachtet, durch die mit ihm vorgenommene ſuſpenſion nothwendig vielen Schaden und Verluſt zu erleiden bekömt; gleich denn auch, wegen ſolcher ungegründeten Meinung, als bringe die Reſponſio ad articulos eine Maculam mit ſich die mehreſten Inquiſiten ſich ſolcher Reſponſion möglichſt zu erwehren befliſſen ſind - - - - daß kein Inquiſit vor vollführten Proces und wo ſolches die Strafe von ſelbſt mit ſich bringet, oder vorkommenden Umſtänden nach, ihn zur Haft zu ziehen und in Verwahrung zu bringen, der Nothdurft ſeyn will, von ſeinem officio ſuſpendiret, weni-*

*ger*

*ger noch remouiret werden; wie auch niemand einem, der zur Special-Inquiſition gezogen und ad articulos inquiſitionales vernommen wird, ſolches, als ſey es deſſen Ehre und Würde abbrüchig oder verfänglich, vorzuwerfen ſich unterſtehen, ſondern derjenige, ſo ſich dergleichen zu Schulden kommen läſſet, dafür mit willkührlicher jedoch ernſtlicher Strafe angeſehen werden ſoll. - - - -*

## OBSERVATIO XXIII.

## CREDITOR REM OPPIGNORATAM AD MASSAM CONCVRSVS TRADERE NON TENETVR.

Valde inter ſe diſſentiunt ICti vtrum creditor, qui rem oppignoratam traditam accepit, eandemque poſſidet, moto concurſu illam in maſſam concurſus conferre teneatur, nec ne? Ex quorundam ſententia (a) creditor pignoratitius rem oppignoratam exhibere et in concurſum creditorum con-



(a) SALGADVS *in labyr. credit. P. I. C. II. n. 14. ſequ.* STRACHA *de Decoctor. tit. qui pot. in pign. n. 11.* MEVIVS *P. II. Dec, 287. n. 1.*

conferre tenetur. Alii diſtinguunt (b): vtrum creditor, qui pignus tenet, ipſe inter praecipuos creditores ſit, et inter reliquos nemo ius potius habeat, quo caſu creditori poſſeſſionem legitime acquiſitam concedunt, et Creditorem ab onere collationis, priuſquam ei ſatisfactum, liberant; an vero cum creditore pignoratitio, alii creditores, antiquiorem aut potiorem hypothecam habentes, concurrant, et hoc caſu eum ad rem in concurſum conferendam obligant (c); Interim per *Ord. Prou. Sax. Recog.* (d) diſpoſitum eſt: creditorem pignoratitium obligatum eſſe ad rem oppignoratam in maſſam concurſus quidem conferendam, ex pretio vero inde redacto ipſi prae reliquis omnibus creditoribus ſatisfit. Alii denique (e) creditorem qui rem oppignoratam iuſte poſſidet moto concurſu indiſtincte omnibus reliquis creditoribus praeferunt, et eum ad rem oppignoratam in maſſam concurſus conferendam haud obligant; niſi ipſi tam quo-

(b) LEYSER *ſpec. 231. m. 1.*

(c) Ita quoque diſpoſitum eſſe videtur in *O. P. S. tit. 44. §. 3. et tit. 51. §. 5.* licet RIVINVS *in Diſſ. de iure pign. moto concurſu §. 6.* SALGADI *et* STRACHAE *ſententiam Iuri Sax. Elect. tit. 44. §. 2 et 3.* conuenire credat.

(d) *tit. 41. §. 1. et tit. 44. §. 2.*

(e) STRYCK *ad* BRVNNEM. *in Proc. Concurſ. credit. cap. 11. §. 6.* RIVINVS *in Diſſ. alleg. §. 7.*

quoad ſortem, quam quoad vſuras ſit ſatisfactum. Ob has vero diuerſas DD. opiniones PRINCEPS NOSTER Ius certum in his terris per Conſtit. d. d. 21. Maii. 1750. determinauit: *demnach in der Wechſel-Ordnung vom 1ſten Aug. 1715. Art. 53. bereits verſehen, daß derjenige, dem einige Effecten zum Unterpfand geſezzet ſind, ſolche Waaren oder Effecten bey entſtehenden Concurs zwar dem Judicio mit anzeigen und gerichtlich taxiren laſſen, im übrigen aber, ob ſie gleich mit Arreſt oder Verbot beleget, oder mit Hypothequen beſchweret wären, dennoch vor anderen Creditoren die Priorität daran behalten, auch ein mehrers davon heraus zu geben nicht ſchuldig ſeyn ſolle, als was nach ſeiner völligen Befriedigung davon überbleibt - - - - daß obberührte* Diſpoſition *des* Art. 53. *der W. O. von allen und jeden Inhabern und Beſitzern der verpfändeten und übergebenen beweglichen Sachen und Effecten zu verſtehen, und bey entſtandenen Concurs-Proceſſen keinem derſelben ein mehrers, als was beſagter Art. mit ſich führet, angemutet werden, ſo viel aber die Grund und andere unbewegliche Stükke betrift, in deren Beſitz die Creditores gekommen ſind, es vors erſte bey dem was deshalb die gemeinen beſchriebenen Kayſerl. Rechte verordnen, ſein Verbleiben haben ſolle.*

OBSER-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0073-2

# OBSERVATIO XXIV.

## FVRTVM DOMESTICVM VLTIMO SVPPLICIO PVNITVR.

Furtum domeſticum ſecundum Ius ciuile Romanum (a) et Conſt. Carolinam Crim. (b) mitiori paena dignum iudicatur. Sed Art. all. C. C. C. tantum de furto inter conſanguineos et coniuges loquitur, et ad ius commune reſpicit; Collato itaque iure communi ſub furto domeſtico intelligitur furtum 1) inter parentes et liberos commiſſum, ex quo furti actio non naſcitur (c); porro 2) inter coniuges, qui etiam contra ſe inuicem furti non agunt (d), ſed rerum amotarum, a qua actione paena et infamia exulant; et denique 3) ab inquilinis, ſeruis, ancillis, famulis perpetratum (e); furta enim domeſtica, ſi viliora ſunt, publice non vindicantur. Et haec iurium placita iudices hodie ſequi

(a) *l. 16. 17. 36. 89. D. l. 11. et l. vlt. C. de furtis.*
(b) *Art. CLXV.*
(c) *§. 11. Inſt. de obl. quae ex delicto.*
(d) *l. 2. §. 12. D. rer. amot.*
(e) *l. 11. §. 1. D. de poen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0074-8

ſequi ſolent; niſi legibus prouincialibus aliud cautum ſit. Sic in his terris inter alias hac de re latas Conſtitutiones vltima d. d. 7. Sept. 1752. diſponit: *daß dieienigen Hausbedienten, welche in eines andern Koſt oder Lohn ſtehen, dieſelben mögen namen haben, wie ſie wollen, ſie mögen im Hauſe die Koſt genießen, oder Geld dafür nehmen, und ſich ſelbſt beköſtigen, den Auffenthalt im Hauſe ihres Herrn haben oder auſſer demſelben beſonders wohnen, wie auch die Laden-Diener, Geſellen, und Lehrlinge, die in unſeren Landen ihren Hausherren oder Hausfrauen, Lehrherren oder Meiſteren, Geld, Silber, Geſchmeide, Kleinodien, Leinen-Geräte, Meublen oder Waaren, und Materialien frewentlich entwenden, auch Eß-und Trinck Waaren wegnehmen, und ſolche, ſchnöden Gewinns halber, verpartiren oder verkaufen, ingleichen die von ihrem Herrn zur Bezahlung oder Beſtellung ihnen anvertraueten Gelder in ihren Nutzen verwenden, oder auch auf ihrer Herren Credit betrüglicher Weiſe, Waaren ausnehmen, wenn die Summe fünf Thaler oder darüber beträget, ohne Unterſcheid, ob ſie dergleichen Diebſtahl ein oder mehrmal ausgeübet, am Leben geſtrafet werden, und die Reſtitution oder Erſtattung des geſtohlenen oder untergeſchlagenen, wenn gleich ſolche freywillig, und ehe ſie darüber betretten werden, entweder aus Reue oder aus Furcht, geſchiehet, ihnen*

 *dabey*

*dabey zur Defenſion oder Milderung der Strafe nicht zu ſtatten kommen ſolle. Wofern jedoch der Diebſtahl unter fünf Thaler werth, beträget, oder in Eß- und Trink-Waaren, ſo nicht Gewinnes halber hingenommen ſind, beſtehet, oder wenn der Thäter noch nicht achtzehn Jahr alt iſt, ſoll ſelbiger zur Veſtungsbauarbeit condemniret, oder mit dem Zucht- und Werkhauſe beſtrafet werden.*

# OBSERVATIO XXV.

## DE IVRAMENTIS.

Iuramentum deferri poteſt Iure ciuili non ſolum in principio litis, ſed etiam in fine (a), adeo vt elapſo etiam termino probatorio, vel ſi non ſatis probatum ſit, iuramenti delatio obtineat, quia eſt modus probandi ſubſidiarius (b), et licet huic ſententiae multi contradicant (c), qui iuramentum deferendum eſſe credunt, antequam terminus probatori-

(a) *l. 12. pr. C. de reb. cred.* CARPZ. *Lib. III. Reſp. 40. n. 7.* RAVCHBAR. *P. I. qu. 9. n. 23. vid. tamen* STRYCK *in V. M. Lib. XII. tit. 2. §. 21.*

(b) *cap. 2. X. de probat.*

(c) BOEHMER *in Digeſt. Lib. XII. tit. 2. §. 20. et in Diſſert. de probat. per delationem iuramenti.* STRYCK *de probationis probat. mel.*

torius fuerit elapſus; priorem tamen ſententiam ſequitur Summum Tribunal Cellenſe (d), et alii ICti eam approbarunt (e), ita quoque aliquando iudicatum eſſe memini. Sed noſtri fori praxis hac in re contraria eſt, et Conſtitutione d. d. 17. Mai. 1757. diſerte cautum: ne quis elapſo termino probatorio ad iuramenti delationem admittatur. Verba ſunt huiusmodi *daß* 1) *wie einem jeden, welchen, den Beweis zu führen, oblieget, ſeinem Gegentheil, jedoch binnen dem Beweis-Termin, bey Strafe der Deſertion, einen Eid über die abgeleugneten zur Entſcheidung der Sache dienenden Facta zu deferiren unbenommen bleibet.* Nullus quidem terminus de iure ciuili eſt praefixus iuramenti praeſtationi; attamen ab interpretibus communiter eſt receptum, vt intra terminum a iudice conſtitutum praeſtetur iuramentum (f). Ex quo fit, quod ſi ex lege prouinciali probationis tempus ſit definitum, in tempore



(d) ILLVSTR. PVFFENDORF *Obſeru.* 154.

(e) SEYFARTS *Deutſcher Reichs-Proces cap.* 15. §. 7. GRIBNER *in Proceſ. Iud. Lib. I. cap.* 4. *ſect.* 1. §. 9. MEVIVS *P. IV. Dec.* 5. LVDOVICI *in der Einleitung zum Ciuil-Proces Cap. XIX.* §. 2. PVFFENDORF *in Proceſ. ciuil. P. III. cap. V.* § 5. LAVTERBACH *in Colleg. theor. pract. Lib. XII. Tit.* 2. §. 66. CARPZ. *P. I. Conſt. XII. Def.* 1. *n.* 1.

(f) RAVCHBAR. *P. I. quaeſt.* 10. *n.* 32.

hoc probatorio iuramentum quoque praeſtari debeat. Hinc per laudatam Conſtitutionem, Is, cui iuramentum eſt delatum, intra quatuor hebdomades ſe ſub poena recuſati declarare debet, vtrum iuramentum ſibi delatum acceptare, an referre velit verbis: *und der Gegentheil binnen den nächſten 4 Wochen*, ſub poena recuſati, *ſich darauf, ob er ihn acceptiren, oder in ſo weit es den Rechten gemäs, referiren wolle, zu erklären ſchuldig.* Actor quoque, qui iam probationem intra terminum probatorium forte per teſtes aggreſſus eſt, non ſolum ab illa rurſus deſiſtere, ſed etiam, ſi defecerit in probando, iuramentum adhuc deferre poteſt (g); et ita quoque dicta Conſtitutio diſponit: *alſo auch* 2) *derjenige, welcher etwa ſchon während des Beweis-Termins den Beweis durch Zeugen angetreten, ſo wohl vor Abhörung derſelben, als auch wenn der Rotulus publiciret, oder darüber erkant worden, und er durch die Zeugen, das, was ihm zu erweiſen nachgelaſſen, zu recht nicht erwieſen, dem Gegentheil annoch den Haupt-Eid deferiren möge, jedoch lezteren Falls binnen 10 Tagen nach rechtskräftig gewordener Sentenz*

*ſol-*

(g) PVFFENDORF *in Introd. in. Proc. Ciuil. P. III. Cap. 5. §. 5. Diſſent.* BRVNNEM. *in Parat. ad Weſenb. Lib. XII. tit. 2. qu. 17.*

*ſolches zu thun, oder, daß er damit weiter nicht gehöret werde, zu gewärtigen haben ſolle.* Poteſt quoque is, qui iuramentum detulit, antequam aduerſarius iuramentum ſibi delatum acceptauerit, vel deferenti retulerit, illud reuocare, et ad probationes ordinarias recurrere (h), quia ante iuramenti acceptationem, nullum ius reus acquiſiuiſſe videtur, ſed adhuc integra res eſt, vt propterea actori aliud eligere medium prohiberi nequeat. Si vero reus iuramentum ſibi delatum acceptauerit, vel actori retulerit; tunc facultas iuramentum reuocandi, et ad probationes ordinarias confugiendi actori adempta eſt: idem enim eſt acceptare iuramentum vel iurare (i); niſi forſan aut noua inſtrumenta vel nouae probationes actori ſuperuenerint (k); nam periurio non eſt danda occaſio, ſed potius praeſcindenda (l); Quibus conuenit quidem laudata Conſtitutio; attamen iuramenti ſemel accepti aut relati reuocationem, etiam ob teſtes nouiter repertos prohibet, niſi reuocans iurare queat ſe notitiam



(h) *l. 11. C. de reb. credit.*

(i) MEVIVS *P. II. Dec. 93. n. 4.*

(k) LVDOVICI *in der Einleit. zum Ciuil-Proces Cap. XX. §. 5.* MARTINI *ad ord. Proc. Sax tit. 18. §. 2.* SCHWENDENDORF. *ad Fibigium. P. II. cap. 2. m. 2. Sect. 1.*

(l) *l. fin. C. de iureiur.*

am horum teſtium tempore delati iuramenti non habuiſſe, his verbis *nicht weniger ſoll 3) einer, der gleich Anfangs zur Eides-Delation gegriffen, den Eid, wenn der Gegentheil darauf ſich noch nicht erkläret, und denſelben weder acceptiret noch referiret hat, wieder zurük zu nemen, und den Beweis durch Zungen, wenn er ſelbige mit Ueberreichung der Beweis-Articul, ſo fort denominiret, annoch zu füren befugt ſeyn; wenn aber der Gegentheil den Eid bereits acceptiret, oder referiret hätte, ſtehet ihm ſolche* variation *auch unter den Namen einer* probation pro euitando periurio *nicht mehr frey, er könte und wolte denn ſofort zugleich eidlich erhärten, daß er von den aufgefundenen Zeugen vorhero keine Wiſſenſchaft gehabt.* Porro diſſenſus inter Iuris Doctores diu regnauit, num praeſtito ſemel iuramento adhuc appellatio, aut noua probatio contraria ſit admittenda. Recte vero diſtinguitur inter Iuramentum Iudiciale et Neceſſarium, ita vt ſuper iuramento Iudiciali ſemel praeſtito nulla plane appellatio ſit admittenda (m), quia iusiurandum eo ipſo quo praeſtitum eſt, vim rei iudicatae obtinet (n), immo etiam maiorem auctori-

(m) *l. 12. §. 1. et 3. C. de reb. credit. l. 2. D. de Iureiur. l. 16. C. de tranſact. l. 31. D. de iurei.* CARPZ. *P. I. Conſt. 15. Def. 7.* MEVIUS *P. I. Dec. 147. et P. III. Dec. 47. et P. I. Dec. 13.*

(n) l. 1. ff. *quarum rerum action. l. 16. ff. de re iudic.*

ctoritatem habet, quam res iudicata (o); a re iudicata autem appellatio non admittitur; et denique deferens iuramentum aduerſarium conſtituit iudicem, ideo eius dicto etiam acquieſcere tenetur (p). Contra praeſtitum vero iuramentum neceſſarium ſiue ſuppletorium appellatio omnino eſt admittenda (q), quia non a parte ſed iudice defertur. Vtrum autem contra praeſtitum iusiurandum contraria probatio ſit admittenda? adhuc ſub iudice lis eſt. B. MENCKE noſtrae IVLIAE CAROLINAE quondam decus (r), ex rationibus non plane contemnendis affirmatiuam ſententiam tuetur, dum 1) ad aequitatem; 2) ad rationem generalem *leg. fin. C. de reb. credit.* prouocat; 3) quia iuramentum vim rei iudicatae habet (s). Sententia vero, quae ex falſis probationibus eſt lata, licet in rem iudicatam iam tranſierit reſcinditur (t); quia 4) iuramentum

(o) *l. 2. ff. de re iudic.*

(p) *l. 37. D. de iurei.*

(q) CARPZ. *l. c. Def. 8. Diſſentit. tamen* SCHILTER *Exercit. XXIII. theſ. 45.* RICHTER *Dec. VIII. n. 93.* LYNCKER *ad tit. de iureiur. theſ. 51.*

(r) *in Diſſ. de cauſa, ob praeſtitum iuramentum iudiciale, deciſa, probato periurio redintegranda.*

(s) *l. 2. D. de iureiur.*

(t) *l. 33. D. de re iudic.*

tum aequiparatur transactioni (v), quae ob interuenientem dolum effectus ſuos amittit (x); denique 5) ob Art. CVII. Conſtitutionis Carolinae Criminalis; attamen haec ſententia iure romano multis adhuc dubitationibus obnoxia eſt. Cum enim per iſtiusmodi iuramenta partibus placuerit litem, quaſi per transactionem componere, religioni, cui ſemel res commiſſa, omnino ſtari debet (y); adeoque cauſa ita deciſa, ne quidem praetextu periurii (z), aut ob inſtrumenta nouiter reperta (aa) retractari poteſt; ſed imputet ſibi, qui per delationem iuramenti aduerſarium in cauſa ſua iudicem conſtituit (bb). Hinc, quia tranſactio ob inſtrumenta nouiter reperta reſcindi non poteſt (cc), vulgo

(v) *l. 2. D dè iureiurand.*

(x) *l. penult. C. de tranſact. l. 33 D. all.*

(y) *l. 1. 2. et 31. in fin. D. de iureiur. l. 21. D. de dol. mal.*

(z) *l. 1. C. de reb. credit. l. 21. et 24, D. de dol. mal.*

(aa) *l. 31. in fin. D. de iurei. l. 19. C. de tranſact. l. 4. C. de reb. iud.*

(bb) *l. 1. pr. D. quar. rer. act. l. 37. D. de iureiur.* CARPZ. *Lib. III. Reſp. 40.*

(cc) *nec obſt. l. pen. C. de tranſact. l 33. D. de re iudic.* quae tantum de tranſactione ex falſis inſtrumentis inita agunt; nec minus aliquid probatur per *l. 35. D. de re iudic. et l. 3. C. de iur. reipubl.* quae agunt de inſtrumentis nouiter repertis in cauſa pupillari et reipublicae.

vulgo quoque dicitur, cauſam iureiurando deciſam perinde haberi, ac ſi ſuper ea transactum fuerit. Nec admittitur actor, ſi in alio iudicio, et noua inſtituta actione contrarium probare velit, quia ei ſemper obſtat exceptio rei iudicatae (dd). Nec obſtat, quod res iudicata aliquando ob inſtrumenta nouiter reperta reſcindatur; hoc enim fit extra ordinem, et in paucis tantum caſibus admittitur, ſi ſcl. 1) ſententia lata fuerit contra vtilitatem publicam, et commodum publicum aliud ſuadeat (ee); aut 2) Inſtrumenta probent, antea ſententiam huic contrariam eſſe latam (ff); aut 3) ex probationibus priuilegiatis fuerit lata e. g. interueniente iuramento ſuppletorio (gg); aut 4) ſi inſtrumenta antea dolo malo fuerint occulta vel ſur-

(dd) *l. 2. in fin. l. 9. et l. vlt. §. 2. D. de iureiur.* CARPZ. *P. I. Conſt. 15. Def. 2.* PVFFENDORF *in Introd. in proc. ciuil. P. III. Cap. V. §. 25. et ibi all. Ord. Trib. Cellenſ.* in verbis: *dagegen auch ferner keine der Mittel, wodurch die ſententiae ſonſt angefochten werden können, noch auch wenn Gegentheil erweiſen wollte, daſs der andere falſch geſchworen, derſelbe damit zugelaſſen werden.*

(ee) *l. 35. D. de re iudic.*

(ff) *l. 1. C. quando prouoc. non eſt necer.*

(gg) *l. 31. D. iureiur.*

ſurrepta (hh), et quae huc porro a DD. paſſim referri ſolent. Ita quoque non obſtat *l. f. C. de reb. Credit.* quae tantum de caſu ſpeciali agit, ſcilicet impium lucrum ei eſſe auferendum, qui non inſpectis tabulis iurauerit ſibi in teſtamento aliquid eſſe relictum, quod poſtea apparet legatum non eſſe. Lex autem correctoria noua ſeruanda eſt in ſuis terminis propriis, et non extenditur ad alios caſus, ne quidem ex rationis identitate ac paritate, immo nec ex maioritate rationis (ii). Aliud autem dicendum eſt ſecundum ius germanicum vniuerſale, quandoquidem Conſtitutio Criminalis Carolina expreſſe contrarium diſponit (kk). Immo iure romano ne quidem ob periurium commiſſum certa poena dictabatur, ſed vltioni diuinae committebatur (ll). Hodie vero eiusmodi periurium poenis humanis recte ſubiicitur (mm). Et haec iuris Romani vt et Conſtitutionis Carolinae criminalis placita

cita

(hh) *arg. l. 19. C. de tranſact. vid. tamen Illuſt.* PVFFENDORF *obſ* 57.

(ii) PHILIPPI *Deciſ. II. obſ. 10. n. 4 et 9.*

(kk) *vid tamen* KRESSIVM *de variis controuerſiis in argumento poſſeſſionis et iuramentorum. cap. IV. §. 15. ſequ.*

(ll) *l. 2. C. de reb. cred.* CICERO *de legib. Lib. II. et de officiis. Lib III. cap. 29. 31 et 32.*

(mm) STRYCK *in V. M. Lib. XII. tit. 2. §. 43.*

cita ſeruat quoque dicta noſtra conſtitutio: *gleich wie denn auch, nachdem der deſerirte Eid würklich abgeleiſtet worden, die probatio contrarii, wenn ſchon neue Zeugen oder neue Documenta aufgefunden ſeyn ſolten, durchaus kein ſtatt mehr findet. Es mag jedoch derjenige, welcher ſolchem Beweis zu führen vermeinet, ſeine Beweistümer dem Gerichte vortragen, welches ſolche, wenn es die Sache darnach beſchaffen findet, inquiſitorie ex officio unterſuchet, oder reſpectiue, den Land-Fiſcal excitiret, und ſoll, wenn das periurium erwieſen wird, auſſer der Strafe auf die reſtitution deſſen, was ein ſolcher durch den Mein-Eid gewonnen hat, erkannt werden: da denn, befundenen Umſtänden nach, dem ſachfälligen Theile dasjenige, ſo ihm durch den Mein-Eid entzogen, zu reſtituiren iſt.* Nunquam vero in eas anguſtias coniic endus eſt is, cui defertur iuramentum iudiciale, vt vel iurare cogatur, vel cauſa cadere. Sed permittitur potius illi referre iuſiurandum, ſi malit (nn), aut probationibus intentionem ſuam defendere. Deferens autem iuramentum, ſi ei referatur, praeciſe illud praeſtare tenetur, nec probationem loco iuramenti ſubire poteſt (oo); Interim ille, qui loco iura-

 men-

(nn) *l. 3. §. 7. l 30 et 38. D. de iureiur.*

(oo) *l. 38. D. all.* CARPZ. *P. I. Conſt. 14. Def. 4.* PVFFENDORF *l. c. P. III. Cap. V. §. 24.*

menti probationem ſuſcipere intendit, Iure Sax. intra Octiduum et ante acceptum iuramentum ſe declarare debet; qui enim iuramentum ſemel acceptauit, nec iuramentum referre, nec ad probationem amplius currere poteſt (pp). Ita quoque noſtra Conſtitutione permittitur illi, cui iuramentum eſt delatum, non vero illi, cui illud relatum eſt, conſcientiam probationibus defendere; interim ſe declarare tenetur intra terminum praefixum, aut ſi iuramentum iam acceptauerit, intra octiduum ſub poenā deſerti, ſimulque obſtringitur Iudici articulos probatoriales cum denominatione teſtium offerre. Deſiderat quoque haec Conſtitutio duos teſtes, vnus enim vel ideo non ſufficit, quia iuramentum ſuppletorium in hoc caſu plane reiicitur. Qui vero iuramentum aduerſario ſemel retulit, probationibus ſe defendere non debet. Verba ita ſonant: *demjenigen* 4), *dem der Haupt-Eid deferiret, nicht aber dem, welchem derſelbe referiret worden, iſt ſein Gewiſſen mit Beweis durch Zeugen zu vertreten, zwar zu geſtatten; er mus jedoch ſolches binnen der ihm zur Erklärung angeſezten Zeit, oder, wenn er den Eid bereits acceptiret haben ſollte, binnen den nächſten 8 Tagen darnach, bey Verluſt dieſer Rechts Wohl-*

(pp) CARPZ. *l. c. Def.* 3. 15 *et* 17.

*Wolthat thun, und zugleich Beweis-Articul, mit benennung der Zeugen, exhibiren, immaſſen, und da kein Suppletorium ſtatt haben mag, er mit einem einzigen Zeugen nicht zugelaſſen werden ſoll. Wenn aber jemand den Gegentheil den Eid bereits ſolte referiret haben, ſo kan er ſich der Gewiſſens-Vertretung überall nicht weiter bedienen.* Ille vero, qui conſcientiam ſuam probationibus exonerare voluit, et in probatione defecit praeciſe iurare tenetur, nec illud amplius referre poteſt (qq). Sed Iure Brunſu. Elect. (rr) et ſecundum laudatam Conſtitutionem illi, qui conſcientiam ſuam probationibus defendere voluit, non ſolum acceptatio, ſed etiam relatio iuramenti ſalua manet, modo intra octiduum a tempore, quo ſententia in rem iudicatam tranſiit, ſe declaret; niſi contra ſe ipſum plene probauerit, aut iuramentum ante ſuſceptam probationem iam acceptauerit; his enim in caſibus nec ad iuramenti relationem, nec ad eius praeſtationem amplius admittitur, ſed ſententia pro deferente fertur: *demjenigen 5) welcher mit der angemaßten Gewiſſens-Vertretung nichts ausgerichtet, bleibet annoch unbenommen,*



(qq) BOEHMER *in Introd. ad Digeſt. Lib. XII. tit. 2. §. 24. et ab eo alleg.* MEVIVS *P. VI. Dec. 168.* CARPZ. *l. c. def. 18.*

(rr) PVFFENDORF *l. c. P. III. Cap. V. §. 24.*

*men, den ihm deferirten Eid binnen den nächſten 8 Tagen nach rechtskräftig gewordener Sentenz zu acceptiren oder zu referiren; es wäre denn, daß die von ihm producirten Zeugen gerade wieder ihn das Gegenteil ausgeſaget hätten, oder er hätte zuvor, und ehe er zur Gewiſſens-Vertretung gegriffen, den Eid bereits acceptiret gehabt, als in welchen beiden Fällen er ſo dann weder den ihm deferirten Eid zu referiren ferner befugt ſeyn, noch ſelbſt zu deſſen Ableiſtung mehr admittiret werden mag, ſondern das, was der Gegenteil durch die Eides-Delation zu erweiſen ſich angemaſſet, iſt ſchlechterdings für erwieſen anzunehmen.* Ille vero, cui iuramentum purgatorium eſt a iudice iniunctum, illud quidem ſecundum communem Doctorum ſententiam referre nequit, quia propriam rei conſcientiam attingit; attamen ad innocentiam ſuam teſtibus, aut alio modo probandam eum admittunt (ss). Sed in noſtra Conſtitutione res aliter deciſa eſt: *wenn 6) ein vom Richter auferlegter Beweis geführet, und dem Producten das Purgatorium zuerkannt worden: ſo iſt demſelben nicht zugeſtatten, ſein*

(ss) RAUCHBAR *P. II. quaeſt. 3.* CARPZ. *in Prax. Crim. Lib. III. quaeſt. 116. n. 64. ſequ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0088-6

*ſein Gewiſſen mit Beweis zuvertreten, weil ihm obgelegen, ſeine Beweisthümer durch Führung des Gegenbeweiſes beyzubringen.* Ex opinione in foro recepta mors habetur loco iuramenti (tt); Requiritur tamen 1) vt defunctus fuerit perſona fide digna; 2) vt ipſe acceptauerit iuramentum vel procurator ſpeciali mandato inſtructus; et 3) vt in iurandi mora non fuerit, tunc iuramentum delatum et acceptatum habetur pro praeſtito (vv). Ita quoque vult noſtra Conſtitutio: *wenn 7) einer nach dem er einen Eid wirklich acceptiret hat, verſtirbt: ſo ſoll zwar der Eid, wenn er deſſen Ableiſtung nicht verzögert hat, pro praeſtito angenommen werden, und deſſen Erben denſelben de credulitate annoch zuleiſten, nicht ſchuldig ſeyn; jedoch nur in dem Fall, wenn der Mandatarius, der den Eid für ihn acceptiret, dazu ſpecialiter bevollmächtiget, und in der Vollmacht die formula iuramenti enthalten iſt. Anderer Geſtalt, oder auch, wenn der Verſtorbene die Ableiſtung des Eides*

(tt) GAILIVS *Lib. II. obſeru. 43. n. 5.*

(vv) LEYSER *ſpec. CXLIV. med. 1 et 2.* MEVIVS *P. IV. Dec. 262. P. V. Dec. 46. et P. VI. Dec. 374.*

*Eides verzögert hat, die Erben den acceptirten Eid, jedoch nur de credulitate, zu ſchweren verbunden ſind.*

---

## ERRATA.

Pag. 2. lin. 20. leg. Hic
Pag. 7. lin. 7. leg. Sereniſſimi
Reliqua beneuolus Lector pro ſua humanitate ipſe corriget.

GENEROSISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO
# AVCTORI RESPONSVRO

S. P. D.

# PRAESES.

*Elapſum eſt triennium, ex quo* IVLIAM CAROLINAM *noſtrasque Muſas eo conſilio acceſſiſti, vt animum ſtudiis excoleres, et* PATRIAE GENTIQVE TVAE PERILLVSTRI *futurus eſſes ornamento. Hoc vero triennium* TE *bene conſumſiſſe, omnes cordati mecum ſerena fronte et cordato animo teſtabuntur. Miratus ſum certe* TVAM *indefeſſam et humanam fidem excedentem diligentiam, quae non patitur* TE *in claſſem eorum referri, qui more vulgari et ſe-*

culi corrupto, primis ſcientiae principiis, cui ſe vnice alligant, contenti ſunt. Sectatus enim es per hocce triennii ſpatium ipſo nomine CELEBERRIMOS VIROS HAEBERLINVM, EISENHARTVM, BEIREISIVM, KLVGELIVM, FERBERVM, aliosque quorum ex inſtitutis luculenter adauxiſti ſcientiam. Praeprimis vero in ſcholis priuatiſſimis operam dediſti Phyſicae experimentali, Hiſtoriae naturali, Chemiae phyſicae, Chemiae metallurgicae, Matheſi purae, et applicatae, omnibusque, quae ad metallifodinarum ſcientiam ſunt neceſſaria; neque intermiſiſti ea addiſcere principia, ſine quibus nemo ad profundam eruditionem adſpirare poteſt, puto vniuerſam Philoſophiam. Certe et huius triennii praeterlapſi mihi eſt et ſemper erit iucundiſſima recordatio, cum per hocce ſpatium ſemper et quotidie mecum verſatus ſis; me enim vſus es doctore in Iurisprudentia, et me duce audiuiſti in ſcholis priuatiſſimis Ius Naturae, vniuerſum Ius Romanum, Feudale et Criminale. Et quo TV IPSE TVOS ſtudiorum progreſſus explorares ex voto TVO non ſolum Collegium Examinatorium ſuper Inſtitutionibus et Digeſtis, ſed etiam Relatorium TECVM inſtitui; eius dico temporis praeterlapſi mihi potiſſimum iucundiſſima eſt recordatio, cum non poſſim, quin publice teſter, omnia TVA ſuſcepta, a TE ſumma non minus cum induſtria, quam ſucceſſu felici confecta eſſe. Perſpexi enim egregias animi TVI dotes: cognoui ardorem in litteris, et

con-

conſtantiam TVAM, cum non ſolum horis matutinis, vbi noſtri Conciues ſomno adhuc erant ſepulti; ſed etiam nocturnalibus horis, vbi iterum noſtri Conciues ſe iam quieti tradiderant, haud interrupta ſerie intereſſes praelectionibus, atque inde ad magna TE natum eſſe auguratus ſum, et vnusquisque mecum conatus TVOS laudatiſſimos non probauit ſolum, ſed etiam euentum eorum honorificum et glorioſum fore iudicauit. Iam IPSE publico quodam documento probas, ſpem noſtram de TE conceptam, nos non fefelliſſe; namque Diſſertatio TVA de differentiis Iuris Communis et Brunſuico-Guelpherbytani, conſcripta, quae TE auctorem agnoſcit, eruditionis TVAE teſtimonium exhibet luculentiſſimum, ſtudiumque TVVM in Iure tum vniuerſo tum patrio eximium demonſtrat. Ego vero GENEROSISSIMO PARENTI TVO, quem omni obſequio veneror, de PRAECLARO HOC GENTIS CRAMMIORVM DECORE, ex animo gratulor: Gratulor PATRIAE de Ciue virtute et doctrina praeclaro: Gratulor et TIBI, GENEROSISSIME VIR, de TVIS in ſtudiis progreſſibus, et ſi in poſterum, vt conſueuiſti, res TVAS agas, reor, et ſi quid veri mens augurat, opto, TE ex SERENISSIMI DVCIS CAROLI, HERI MEI CLEMENTISSIMI GRATIA mox aſcenſurum eſſe ſumma reipublicae faſtigia: Gratulor denique et mihi, meum ſeminarium iterum procreaſſe Virum, qui Patriae ac Reipublicae feliciter prodeſſe poteſt.

 Quod

*Quod ſupereſt, ſincero animo precor* DEVM T. O. M. *vt* TE, VIR GENEROSISSIME, *ad ſeros vsque annos ſaluum, ſoſpitem atque incolumem ſeruet. Vale, mihique et in poſterum faue. Dabam Helmſtadii d. XV. Apr. MDCCLXX.*

X 2396279

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0095-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0096-5

XXXV
31
1770,2
7/11

OBSERVATIONES QVASDAM SELECTAS

DE

# DIFFERENTIIS IVRIS COMMVNIS ET BRVNOVICO-GVELPHERBYTANI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS INDVLTV

PRAESIDE

CAROLO FRIDERICO PAELIKE

I. V. D. PROFESSORE IVRIS PVBLICO ORDINARIO ET FACVLTATIS SVAE ASSESSORE ORDINARIO

IN IVLEO MAIORI

D. XVIII. APRILIS A. R. S. CIƆIƆCCLXX

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

EXPONET

AVCTOR

FRANCISCVS IACOBVS A CRAMM

EQVES BRVNOVICENSIS

HELMSTADII

EXCVDEB. VIDVA PAVL. DIET. SCHNORR

ACAD. IVL. CAR. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-496706-p0097-0